



Sammelbd

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18

| | | |
|-----|----------|---|
| Nr. | Brapides | |
| 1. | Reise | Fundamenta tutelarum legitimarum. |
| 2. | Böhl | De tutelis potioribus et excusationibus. |
| 3. | Matcov | - tutela materna. |
| 4. | Henne | - tutela legit. matri et avic competente. |
| 5. | Krause | - tutela materna. |
| 6. | Horn | - prerogativa matris et avic in suffici- pienda tutela pro ascendentib. et collat. |
| 7. | Meier | - impuberum tutelis. |
| 8. | Franch | - success. liberorum matri in tutora ipsis petendo negligentia non adiungit. |
| 9. | Büeler | - tutela extraneorum legitima. |
| 10. | Walch | - senatore &c. medii euri. |
| 11. | Frick | - veterum Quiritium acclama- tionibus forensibus. |
| 12. | Engau | - cura absentium. |
| 13. | Knorre | - tutela paetitia s. om. incognita. |
| 14. | Falchner | - tutelis. |
| 15. | Beyer | - tutorum et curatorum differentia |
| 16. | Stryk | - tutoribus et curatoribus. |
| 17. | Crell | - tutori auctoriplo, et quando ratio- nes tutelle reponerit requiescant. |
| 18. | Hertel | - tutori alienae jurisdictionis. |

| Nr. | Graſides. | |
|-----|------------------|--|
| 19. | Specht | De Tutoribus et Curatoribus ^{remotoſi} |
| 20. | Grimeifen | - tutor ob culpam latam haud infami- |
| 21. | Otto | - perpetua feminarum tutela |
| 22. | Thomasius | - uſu juris Paterni Rom. Sc. mores German. |
| 23. | Thomasius | - uſu pract. Inſtitut. de patria potestate. |
| 24. | Barth | - emancipatione Saxonica. |
| 25. | Thomasius | - Quasi emancipatione Germanorum. |
| 26. | Hanaccius | - pubertate Saxonica. |
| 27. | Hering | - munere tutelari haud gratuito. |
| 28. | Gebauer | - actione tutela adverſus magistratus. |
| 29. | Ettmuller | - tutor creditore vel debitorum minorum |
| 30. | Schulz Schlechta | - jure nominum tutelarium. |
| 31. | Baleckie | - ſolutione accunie pupillario |
| 32. | Ayrer | - rebus Pupille geradicis non alienand |
| 33. | Gebauer | - - judicis veterum Germanor. |
| 34. | Schmidt | - vindicat. rerum pupillarium anni |
| 35. | Falckenhagen | - capa ad quinquennium reſtricta. |
| | | - habitu statutis integratatio ad |
| | | ad statutor famili. in re tutelari puer. |
| 36. | Krause | Spec. prudenter in donis a pupillis accepientis. adhibende. |

L.

D. B. J.
DISSE^TRATI^O JURIDICA,
^{D E}
PERPETUA
FEMINARUM
TUTELA,

Bon
Der *immerwährenden*
Sororium und Schafft,
unter welcher die Geiber stehen;

QVAM
PRAE^ESIDE
EVERARDO OTTONE,
JURIUM PROFESSORE ORDINARIO,
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
RITE SUBMITTET
CHRISTIANUS HARMES,

BREMENSIS,
A. D. XII. JUL. MDCCXIX.
IN AUDITORIO MAJORE.

DUISBURGI AD RHENUM.

HALAE MAGDEBURG.
LITTERIS HENDELIANIS.
REGUSA MDCCXXII.

(8)

DOC 82
DISSESSRATION JURIDICAO

АУТЕНТИКИ

ИЕМИНИЯ МУРАРИЯ АЛЕТИУС

HEBREVS RIBO OTTONI

BRUNO KRÜGER - ERKÄMPF

2000-2001

卷之三

中華書局影印

卷之三十一

卷之三十一

Digitized by Google

Digitized by srujanika@gmail.com



DISSESTITATIO JURIDICA,
DE
PERPETUA FEMINA.
RUM TUTELA.
CAPUT I.
EXPOSIT JUS ROMANUM.

S. I.



Mnis Tutela Juris Civilis est & mere positi^{Tutela un}
tivi, sive ejus originem, sive formam
species; & iamen æquitati naturali con-
venit, ut lubricum ætatis aut sexus certo
subsidio fulciatur, quique se ipsos tueri
non possunt, aliorum judicio regan-
tur. Parentibus ipsum jus naturæ
liberorum educationem injunxit,
quemdammodum ex Creatoris sapientissimi intentione,
& naturali gignentium stimulo, & brutorum exemplisatis
apparet. His vero destinatis, officiis succedit Magistra-
tus & Legis, quo defectus ille supplatur, illisque qui ob
judicii imbecillitatem rebus suis superesse non possunt, tu-
eam curat
tores vel curatores constituantur. Et sicut profecto Legum.
latoribus semper circa & cordi tutela pupillorum. Te-
stantur

A

DISSERTATIO JURIDICA

stantur id præter litteras divinas Plato lib. XI. de LL. & Justinianus in Novella sua constitutione 72. Romæ M. Antoninus Philosophus creavit hanc in rem novum Prætorum, quem dixit Tutelarem; & Severus Imp. Ulpio Ru-
onisq[ue].
fin scribens gloriatur, omnibusque liquere desiderat, se
omnem rationem habere subveniendis pupillis, & judi-
cio infirmis, cum etiam id ad curam publicam pertineat,
l. 3. D. Qui pet. tui. Ætas quidem ineundis pactis aliisque
negotiis expediundis idonea, mero jure naturali haud est
definita, quum in quibusdam citius, in aliis tardius judi-
cium maturescat. At Leges civiles certius eam determinan-
t; varie tamen, prout indolem nationis suæ solerter
aut hebetiore deprehendunt. Alii cives sios, donec nu-
ptias celebrarent, alii donec inter viros adscriberentur,
tutelæ subesse jussere. De Solonis, Pittaci & Charondæ
legibus, videsis Dionys. Halic. l. II. c. 27.

S. II.

errique ad
nos respe-
re
am Ro-
mane

Prudentiores tædiosam ac lubricam hanc æstimatio-
nem ex annis certiore reddidere. Apud Hebræos vale-
bat promissio, quam fecisset adolescens, qui annum ætatis
tertium decimum, puellæ, quæ duodecimum impletet.
Persæ pueritiam ad annum usque decimum & septimum,
adolescentiam vero ad vigesimum & septimum impletum
porrexere. Indi ab anno decimo octavo pubertatem me-
tiebantur. Apud Romanos lege Lætoria antiquissima,
annis quinque & viginti finis ætati minori impositus, unde
Plautus in Pseudolo sciti eam *quinan vicenariam* vocavit.
Noverant equidem Quirites fragile tamdiu consilium esse
hominum, multisque captionibus & infidiis expositum,
post hoc tempus autem virilem vigorem compleri, vel fir-
missimæ juventutis fieri ingressum l. 1. E. de Minor. l. 4. D.
de. Serv. export. l. 1. C. Tb. de His qui ven. et. impetr. Seru-
tamen

DE PERPETUA FEMINARUM TUTELA.

tamen & non nisi per partes maribus auxilium subministrarunt. Ad annum usque decimum quartum completum eos tantummodo tutelæ subjecere ; inviti autem adolescentes curatores non accipiebant , nisi quorum apud Prætorem accusata erat petulantia , vel ingenii infra communem sortem hebetudo , unde varii variorum lapsus cum patrimonii ruina . Si quæ enim alia ætas hæc sane rectore indiget , quia humores tum maxime ebullientes , in prava facile deflenti possunt . Nota est Horatiana *Imberbis* *Jn. toria arguitur.* *veniis* descriptio : Vehementi quippe impetu fertur plerumque ætas ista , in promissa facilis , spei plena , diffidere ne scia , & liberalitatis famam ubique captans , Hinc Prætor tandem post causam vulneratam in integrum restitutio nem minoribus ætate lapsis Edicto concescit , & adversus captiones opitulationem : quum longe præstisset , intacta eorum jura servasse , atque prudentiorum consensum in contrahendis obligationibus requisivisse , donec inconsultus ille juventæ impetus deferuisse censeretur . Sed masculorum tutelam , de qua nil nobis est propositum , mittamus .

S. III.

Feminarum longe alia conditio . Quanquam enim *Feminea duodecim annos nubebant* Leges propter votorum festinationem , biennio eas citius , *decennes vel quam mares* , tutela liberabant , alio tamen modo ipsarum imbecillitati statim consultum ivere . Scilicet ex Numæ præscripto puellæ annos duodecim aut NB. minus natæ nuptui dabantur , ut mores castos incorruptosque ad sponsum deferrent , auctore Plutarcho in Numa pag. m. 135. Unde Pomponius *minorem annis duodecim nuptiam memorat in l. 4. D. de Ritu nupt.* sicut Papirianus *minorem annis 12. deductam in l. 68. D. de Jure dot.* & decennem munia comparis æquasse constat , ex eleganissima inscriptione apud

6. A. A. M. B. D. S. S. I. S. S. T. A. T. O. J. U. R. I. D. I. C. A.

Fabrettum Cl. VIII. inscript. n. 186

D. M.

VALERIAE. PROCLÆ. CONIVGI DVL
CISSIMAE. QVAE. VIXIT. ANNIS. XXII
CON. COIVGE. VIXIT. ANNIS. XI. DIEB.
XXX. FECI. COIVGI. BENE MERENTI
SEXTVS. NERIANVS. FELIX

Nisi chartæ parceremus aliis lapidibus apud Gruterum pag.
751. 752. 813. n. 8. & 815. n. 13. demonstrari posset, fre-
quens & quotidianum Romanis fuisse, feminas duoden-
nes ducere uxores. Hæ igitur nubendo transibant in po-
testatem mariti, nec tutores sexus egebant; Aliæ viripo-
tentia factæ, in tutelam muliebrem post finitam pupilla-
rem incidebant, sed per conventionem in manum mox illa
liberabantur. Illæ vero, quibus viro maturis sponsus non
obveniebat, quæve toro per divortium aut mortem rupto,

*Inde soli ma- rædis viduatae erant, multe bri tutelæ perpetuae subjicie-
res puberes bantur. Hinc puellarum, quæ duodecimum annum im-
illa viripoten- pleyerunt, tutela non finiri, sed tutores pupillares desinere
res dicit, dicuntur in l. 13. §. ult. de Tut. & cur. dat. Et notandum,
non Jurisconsultis tantum, sed & aliis Latinis Auctoribus
eam locutionem placuisse, ut mares quidem puberes nun-
cuparent, eosque in suam tutelam venire, & sua tutela ef-
fici, & recipere tutelam dicerent, l. 7. §. 1. l. 9. §. 1. D. de
Adm. tut. l. 39. pr. de vulg. & pup. Cicero in *Bruto*, Sue-
tonius in *Claudio* cap. 2. Feminas autem non sic vocarent,
sed *viripotentes* tantum proprio nomine, licet communis
utriusque sexui pubertas. l. 5. §. 2. Quib. ex caus. in poss. l. 39.
D. de Legat. lib. 3. l. 13. de P. S. Cujus rei non alia ratio
dari potest; quam quod mulieres in perpetua erant tutela,
atque hoc tantum in nuptiis earum agebatur, an oneri fe-
rundo essent pares. Verius apud Festum: *Pubes & qui**

pubem generare potest, is incipit a quatuordecim annis: semi-
ua a duodecim viri potens, sive patens, ut quidam putant.

§. III,

Sed quia parum accurate hoc verborum discrimen ob- Duplex mul-
servavit Tribontanus in pr. Insf. Quib. mod. tut. fin. & in erum tutela
distincte pupilos pupillasque, quum puberes esse coepe-
rint, tutela liberari scribit: dein etiam subjicit, se anti-
quitatis normam in feminis bene posiram relinquere, ut
post duodecim annos completos viripotentes esse credan-
tur: id quod multis cum Rævardo lib. II. Varior. cap. 10.
dubium vel obscurum videri possit, si cum antiqui juris
monumentis conferatur. Quapropter sciendum est, dupli-
cem olim fuisse mulierum tutelam, aliam ^{se} alia ^{etatis} ^{xiiii}
xiii. Illa cum maribus sexui sequiori erat communis, in ^{aliam} ^{sexus}
hanc vero per etatem duodecimi annorum a tutoribus pu-
pilleratæ, recidebant. De tutela vero etatis
tantum loquitur Imperator. simulque notat juris antiqui
abrogationem, quia suo ævo tutela sexus non erat in usu,
ut infra plenius dicemus. Utriusque meminit Aulus Gel-
lius lib. V. Noct. Att. c. 13 ubi hæc verba recitat Masuri
Sabini ex lib. 3. juris civilis, prout ea emendavit Guil.
Ranchinus lib. 1. Var. lect. cap. 4. In officiis apud maiores
ita observatum est, primum tutela, deinde hospiti, deinde
clienti, tum cognato, postea affini. De qua causa femine vi-
ris posteriores sunt habite, PUPILLARIQUE tutela MULIE-
BRIS pralata. Et Macrobius signanter tutelæ puerilis men-
tionem facit, quia aliam seminarum esse sciebat. Verba
ejus ex lib. I. in Somn. Scip. cap. 6. sunt hæc: Tutela pue-
rili quasi virile jam robur absolvitur, de qua tamen femina,
propter votorum festinationem maioriis biennio legibus libe-
rantur. Non legibus Julia & Papia, ut Cujacius volebat,
sed Responsis prudentum, & Rescriptis Imperatorum in
1. 5.

Ius deservit l. 5. D. Qui test. fac. l. 4. C. eod. quæ & Leges dicuntur, ut docet Modestinus in l. 4. D. de Excusat. tut. Describi potest Tutela sexus quod sit jus & obligatio mulieris, quæ sui juris est, negotia obligatoria dirigendi, iisdemque valorem consilio & auctoritate sua conciliandi, sive in judicio sive extra judicium expediantur. Aliis forsitan Servii definitio tutelæ paululum mutata magis placebit, sed hos sensu suo abundare facile patimur. Maserius apud Gellium verbis modo laudatis *muliebrem*, Boëtius in Topica Cic. eam perpetuam *mulierum tutelam* appellavit.

Synonyma

*Testimonius
unc in usu
nisse probatur*

Ciceronis

Livii

§. IV.

An usitata Romanis fuerit talis, qualem definivimus, Tutela, prius demonstrari necesse est, quam ad alia veniamus. Tiraquellus equidem ad Plauti Aululariam actus III. sc. 5. v. 14. nos ablebat: at de viris, non de feminis loquitur, nec scena illa Romæ, sed in Græcia fingebatur. Auctores igitur locupletiores, & in quos non cadat exceptio dabo. Primas teneat M. Tullius, disertissimus inter Jurisconsultos Orator, & Jurisconsultus inter Oratores eruditissimus, cuius quatuor habemus testimonia in Topicis, pro Flacco, pro Cæcina, & pro Muræna, sed ultimum hoc loco recitasse sufficiat, ex capite ejus orationis XXVII. *Mulieres omnes, propter infirmitatem consilii, maiores in tutorum potestate esse voluerunt: Hi, Jcti formularii invenerunt genera tutorum, que potestate mulierum continerentur.* Alterum feret M. Porcius Cato Consul, apud Livium lib. XXXIV. cap. 2. is enim pro lege Oppia, de niendis matronarum cultibus, retinenda differens gravi oratione, ait: *Majores nostri nullam, ne privatam quidem rem, agere feminas sine auctore voluerunt: in manu esse parentum, fratrum, virorum.* Cui respondens L. Valerius Tribunus plebis cap. 7. ita Quirites alloquitur: *Si legem Oppiam*

DE PERPETUA FEMINARUM TUTELA.

9

Oppiam abrogaveritis, non vestri arbitrii erit, si quid ejus
vetare volueritis, quod nunc lex vetat. Minus filia, uxores,
sorores etiam quibusdam in manu erunt. Nunquam salvis
suis exsurgit servitus muliebris, & ipsa libertatem, quam vi-
duitas & orbitas facit, detestantur. In vestro arbitrio suum
ornatum, quam in legis malunt esse: & vos in manu & tu-
tela non in servitio debetis habere eas: & male patres vos
aut viros, quam dominos diei. De recentioribus, Antoni-
ni Pii ac fratrum Antonini Philosophi & Veri temporibus
testem addo Apulejum, Oratorem, Philosophum & Jctum
doctissimum in Apologia coram Lolliano Avito Bithyniae
Præside dicta. De Pudentillæ uxoris suæ tutele ibi: Adeſt
etiam, inquit, tutor, auctor mulieris, vir gravissimus &
sanctissimus, omni cum honore mihi nominandus, Cassius Lon-
ginus. Quero, Maxime, cuius emotionis auctor fuerit: quan-
tulo pretio mulier locuples agellum suum preſtinari. Huc etiam & ex marm.
pertinet lapis antiquus apud Gruterum pag. MC. n. 6. quem ^{re antiquo}
eo lūbentius adferam, quod totus ad sacra nostra pertinet,
& Falcidiæ meminit:

L. SEPTIMIO. LIBERALI
VI. VIR. AVG. VICANI. VICI. GERMALI
OB. MERITA. EIVS

QVOD. DECVRION. ET. VICANIS. VICOR. VII
SING. IN. ANNOS. V. III. IN. PERPET. REDD.
ET. IN. FAM. REM. FUNDOS. OBLIGARI. IVSSIT
QVORVM. PARTEM. VI. LEGIS. FALC. NOM.
DEDVCTAM. AB. TVTORIBVS
SEPTIMIAE. PRISCAE. MATRIS. SVAE
LEPIDIA. SEPTIMIA. POPVLO
CONCESSIT

S. V.

Quod ad originem hujus Tutelæ attinet, in diversa ab- Origo ejus
B eunt

*moribus
m. de-
onstratur,*

eunt Antiquitatum Romanarum auctores, quia Cicero & Cato in locis allatis tantum ad *majores* provocant. Unde alii ad Romuli & Numæ Pompilii leges Regias ascendunt: Hotmanus, Marcilius & Rittershusius Legibus XII. Tabularum de Tutela hac cautum suspicantur: Schilterus ex moribus Græcorum ad Romanos eam translatam pro certo habet, Exerc. XXXVII. ad D. §. 227. Rectius putem, ad mores & instituta populi Romani, quæ ante LL. XII. Tabularum fuerunt, eam referendam esse: Sicut Tacitus XIII. Annal. c. 31. prisco insinuato & Suetonius in Tiberio cap. XXXV. *mori majorum* acceptum fert illud jus, ut maritus una cum propinquis de capite famaque uxoris adulteræ cognosceret, & Ulpianus Prætorianum tutorem *moribus mulieri* dari ait tit. XI. §. 24. Nec enim in Legum Regiarum aut Decemviralium fragmentis, ullum hujus Tutelæ vestigium supereft, ut Jacobus Gothofredus in præfatione legibus XII. Tabb. præmissa obſervavit: adhac multa in leges XII. non relata, quæ tamen usu valuerunt; ut Cicero lib. II de LL. his verbis significat: *Et si que forte hodie à me rogabuntur, que non sint in nostra Republica recte fuerint, tamen erant fere in more majorum, qui tum ut lex valebat.* Confirmat Livius, quando lib. VI. c. 1. præter XII. Tabulas, Regias quoque leges separatim Romæ habitas servatasque scribit. Par ratione donationes inter virum & uxorem *majores* prohibuisse dicuntur in oratione Antonini in l. 3. D. de Donat. int. vir. quas vero *moribus & jure veteri* vetitas esse tradit Ulpianus l. 1. & l. 32. §. 10. codem. Nec tamen prorsus refragabor, si quis e lege Regia vetusta, morem illum per consequentias, Prudentum interpretatione elicitorum, esse contendat: quemadmodum alia luxuria muliebri coērcendæ, vel imperitiæ adjuvandæ moribus introducta, dein Legibus, Plebiscitis

vel

DE PERPETUA FEMINARUM TUTELA.

ii

vel Senatusconsultis confirmata leguntur. Neque enim novum est, aliquid jure mixto, id est, scripto & non scripto introductum fuisse. Vide Paul. V. *Sent. tit. 4. §. 6.*

§. VI.

Non me fugit apud Græcos feminas etiam puberes auctoritati alienæ subfuisse, earumque tutores omnibus actibus intervenire oportuisse. In universum de Græcis testimonia laudo Ciceronem, in oratione qua L. Flaccum, adversus Decianum, qui in Apolondiensum civitate à socrum Amyntæ prædia falso tute Polycrate emerat, defendit. Verba ejus cap. 30. sunt ista: *Nam emtiones, falsas prediorum prescriptio[n]es, cum mulieribus apera circumscriptio[n]e fecili: tutor his rebus Græcorum legibus adhibendus fuit.* Prostat apud Demosthenem oratione adversus Nærām Lex Attica, qua μένος τῆς γυναικός, tutor mulieris, soluto per divortium matrimonio, repetitionem dotis, & actionem pro alimentis coram Archonte instituere potest: *Si uxorem dimiserit, dotem redditio, ni reddat, in novem obolos mensruos fenus pendito, adversus eam in Odeo, de victu uxoris, illius tutori actio dator.* Nec dotis tantum causa, sed & aliis negotiis obeundis datus fuit, quia Lex prohibebat feminam pariter ac puerum, sine tutore pacisci, de re, quæ medi-mni hordei pretium excederet. Ita Harpocration: πασδι-
ρει γυναικί, εἰ δέ τοι οὐκαβάλλειν επέγειρα μεδίμνη κεῖται. *Puero & fe-*
mine non licet contrahere supra medimnum hordei. Id quod ex Isæo, Suida & Aristophanis Scholiaste amplius confirmat Meursius lib. II. Them. Att. cap. 9. & post Salmasium cap. io. de mod. usur. pag. 425. illustrat Schilterus Ex 37. §. 223. 224. Præterea cum lis intentaretur mulieri, præco clamabat ή ΔΕΙΝΑ, ΚΑΙ Ο' ΚΥΡΙΟΣ. Id est, *Hac mulier accusatur cum Domino, cum tutorē suo.* Et hac propter Comicus Smicythen perstringens, parumque virilem

B 2

osten-

ostendens νύγιον illi dat:

Xενος διελέγεις Σωκράτην, καὶ νύγιον,

³ diverse
men,

Certum ergo, mulieres jure Attico in perpetua fuisse tutela, sed a qua Romanorum tutela sexus, si ordinem, quo delata, respicias, longe differebat. Ibi tutores siebant hoc ordine, pater, avus paternus, qui dotem dederat, frater ex eodem patre, liberi qui ex ephebis excessissent, si horum nullus esset, maritus, & hoc deficiente quemcumque Magistratus ad hoc idoneum judicabat. Maritus erat ipse uxoris νύγιος, non bonorum ejus, sed filii ex priore matrimonio, si nati essent annos viginti. In horum vero tanquam dominorum potestate erat vidua mater, ut nec nubere, nec bona alienare, nec vix quicquam posset, sine eorum consensu: id quod Romæ inauditum; Athenis autem obtinuisse, vel ex oratione priore contra Stephanum colligitur, qua Demosthenes contendit, se cum fratre debere esse νύγιον της αὐτῆς, & dementem ei admitti, unde vivat. Isocratis, Isæi & aliorum testimoniis hoc firmavit Budæus in comm. Lingue Grece pag. 44. & 45. Meursius lib. III. Att. locc. cap. 24. Salmasius cap. IV. de Modo usurpar. Ubbo Emmius in descript. Reip. Athen. tit. leges matrim. Anton. Matthæus miscellan. exerc. cap. 7.

§. VII.

Sola ratio
in Roma-
nos docuit

At vero non est cur à Græcis tantum natales hujus tutelæ repetamus, quia & Gallis & Germanis, ut infra videbimus, fuit in usu, & vel sola ratio Romanos ejus necessitatem docere potuit. Patebit hoc si in causas, quæ legislatores moverunt, inquiramus diligentius. Dio Chrysostomius orat. neq; ἀπίστας 75. mulieres Athenis, ait, contrahere non posse, ultra modium hordei, διὰ τὸ τῆς γύναις ἀθεῖος propter judicii imbecillitatem. Eandem dedit Cicero in verbis supra prolatis: Propter infirmitatem consilii.

Et

Et Iulidorus lib. XI. Orig. in fin. Ideo feminæ sub viri potestate consistunt, quia levitate animi plerumque decipiuntur. Unde & eorum erat eas viri auctoritate reprimi. Proinde & veteres voluerunt feminas innuptasque, quamvis perfecte etatis essent, propter ipsam animi levitatem, in tutela consistere. Sed elegantissimus est locus Ulpiani in fragmentis tit. XI. Tutores constituuntur tamen masculis, quam feminis. Sed masculis quidem impuberibus duntaxat, propter etatis infirmitatem: feminis autem tam impuberibus, quam puberibus, & propter sexus infirmitatem, & propter forensium rerum ignorantiam. Duplicem adferat rationem, alteram à sexus imbecillitate, alteram ab ignorantia rerum forensium depromptam. Utraque effecit, ut in multis juris articulis, qui juris privati & domestici sunt, deterior sit seminarum conditio, quam masculorum. l. 9. D. de Statu hom. nec alia ratio est, cur sequior sexus apud plerasque gentes tam speciosis jurium beneficiis munitus est, de quibus Carpzovii & Benckendorfi tractatus de Juribus seminarum, Hahnii de Jure sexus feminini singulari, Pruckmanni de Differentiis inter utrumque sexum, Wibelii de Contractibus mulierum aduantur.

§. VIII.

Juvabit tamen utramque rationem paucis hic illustras-
Propter se-
se. Varii siquidem sunt casus, quibus laeditur luditurque ^{xus feminæ} impensisime mulierum genus propter sexus infirmitatem, imbecillita-
ut dicitur in l. 9. pr. de Juris & fact. ign. Hinc Senatus-
consultum Vellejatum opem tulit mulieribus, propter sexus
imbecillitatem, multis bujuscemodi casibus suppositis atque ob-
jectis, ait Ulpianus in l. 2. §. 2. D. ad SCr. Vellej. Ari-
stoteles lib. 1. Polit. c. ult. Femina, inquit, habet quidem
consultandi facultatem. sed irritam & imbecillum. Pariter ac
Quintilianus declamat. 338. Per se imbecilla res est femina.
Nec

DISSERTATIO JURIDICA

Nec alia ratione omnium imperitorum animus, maxime tam
men muliebris in lubrico, visus est Senecæ lib. de remed.
utriusque fort. Sexum natura invalidum vocat Tacitus lib.
V. & imbecillum seminarum animum lib. VI. Annal. cap. 49.
Infirmitatem & fragilitatis conditionem iis adscribit Arnob.
lib. VII. Varium præterea & mutabile semper femina, Vir-
gilio audit l. IV. Æneid. v. 569. Et ter eas in hora mutari,
docet Baldus in l. quoties. versu dic que mulier C. de suis &
legit. hered. nec integrum illis consilium esse ad l. 4. C. de
Sponsal. & blanditiis eas facile commoveri late deducit Ti-
raquell. de LL. Connub. lib. 1. n. 71. Hæc ratio est cur fe-
minæ sine tute esse non possint, alia est ne debeant, pro-
pter forensum rerum ignorantiam. Plato in sua Republi-
ca non tam mulieres, quam vetulas ad causas agendas ad-
missit Lib. XI. de Leg. Et Romæ olim quoque, ante C. Afra-
niam improbissimam feminam, postulandi potestatem fe-
minis fuisse, docet Ulpianus l. 1. §. 6. de Postul. Judices
vero dari non potuere, non quia non habeant judicium,
sed quia receptum est, ut civilibus negotiis non fungantur
l. 12. §. 2. in f. D. de Judic. Similiter in l. ult. C. de Recept.
arb. feminæ in se arbitrium suscipere vetantur, sue pudici-
tie memores & operum, que eis natura permisit, & a quibus
eas jussit abstinere & ab omni judiciali agmine separat. In
universum huc pertinet, quod Cato apud Livium lib.
XXXIV. cap. 2. feminas impotens natura & indomitum ani-
mal appellat. Nec mitius Seneca impudens animal, &
mores Ro- nisi scientia accessit, ac multa eruditio, serum, cupiditatum
ma corrui- incontinens, in libro de const. sap. cap. 14. Idem quoque
ptos. in mores mulierum Romanarum corruptos acriter invehi-
tur epist. 95. Non minus peruvigilant, non minus potant, &
oleo & mero viros provocant: Æque invitis ingesta visceri-
bus per os reddunt, & vinum omne vomitu remetiuntur:
equus

DE PERPETUA FEMINARUM TUTELA.

15

aque nivem rodunt, solarium stomachi astuantis. Libidine vero nec maribus cedunt, pati nate. Quid ergo mirandum, tutores luxuriosis & desperditis his præpositos esse, cum ipsa sexus imbecillitas bonas etiam & frugi sub tutela velut marium vivere suadeat. Euripides Supplicibus: πάντα διδεσθεῖν γοναις πέμπτεν εἰμε, αἵτινες τοῦ Φοί. Omnia per viros agere decet mulieres, quæ quidem sapiunt.

§. IX.

His igitur rationibus omnes mulieres, quæ nec in parentum, nec in maritorum manu, perpetua tutelæ subiectæ fuerunt. Nunc age, ut intentius institutum nostrum ministrat, persequamur, tutelam pupillarem cum nostra conferamus, sic enim brevi conspectu natura tutelæ nostræ apparebit. *Tutor mulier-*
Facilius latet, que non comparantur scite ait Seneca III. controv. §. Hoc paœto etiam plus quam manifestum fiet, neque tutoris officium, neque curatoris nomen, nostro tutori ex regulis artis aut dari posse, aut convenire, quod jam olim Zafius lib. 2. Roff. 17. animadvertisit. Differunt autem hi tutores non uno modo, sed maxime si potestatem intueamur. Non quod mulieri, idem pupillo, hac propter recte scripsit Quintilianus lib. V. Inst. Orat. cap. 10. Pupillorum pupillarumque tutores & negotia gerebant, & auctoritatem interponebant, & quantum ad providentiam pupillarem attinet, domini loco habebantur, l. 27. D. de Adm. tut. l. 7. §. 3. Pro emt. Mulierum autem tutores negotia non administrabant, sed auctoritatem duntaxat interponerebant, auctore Ulpiano tit. XI. §. 25. Mulier etenim ^{sed auctori-} ^{tatem inter-} ^{ponit} adulta licet judicium infirmum, judicium tamen habet, ut ante diximus ex l. 12. §. 2. D. de judic. pupillus vero non modo infirmo animi judicio est, sed nullo §. 1. Inst. quib. non est perm. nihil scire posse intelligitur, l. 10. D. de Juris & fact. ign. Quid? quod melius quam mares puberes rem familia-

DISSERTATIO JURIDICA

familiarem callent feminæ, sunt tenaces & ad rem atten-
tæ, unde biennio citius quam mares, a duodecim annis, post-
quam viripotentes esse cœpere, ad negotia mittebantur, ut
scribit Tertullianus de veland. virgin. cap. 12. vel ut idem
lib. de anima ait: *rebus gerendis attemperabantur.* Ipsæ,
non earum tutores gerebant, ait Scævola l. 26. de Tut. &
tur. dat. Hinc est, quod pupillo si debitor solvat, ut libe-
ratur, necessaria est tutoris auctoritas, sine qua nec velle
nec nolle in ea æstate creditur l. 15. l. 22. D. de solut. At
mulieri adultæ recte solvi poterat, quia nihil amittit, sed
acquirit, vel saltem suum recipit, qua parte potissimum
solutio spectatur. Testis Cicero in Topicis cap. XI. Non,
ine eo semi-
ja recte sol-
si potest quemadmodum, inquit, quod mulieri debeas recte ipsi mulieri
sine tutorie solvas, ita quod pupille aut pupillo debeas, recte pos-
sis eodem modo solvere. Quæ verba Severinus Boëtius
egregie illustrat, & simul indeolem hujus tutelæ exponit.
Locus non indignus, quem integrum hic adferamus. Ver-
ba Boëtii: *Mulieres antiquitus perpetua tutela tenebantur:*
pupilli item sub tutoribus agunt; sed mulieribus, si quid de-
bitum fuisset, sine tutoris auctoritate poterat solvi, pupilles
vero minime. Ergo si quaratur, an id quod debeatur pupillo
cuilibet, renuente tutele possit exsolvi, à differentia sumitur
argumentum sic: non sicut mulieri sine tutoris auctoritate de-
bitum possit exsolvere, eodem modo, nisi tutoris auctoritas ac-
cesserit, pupillo solvere, quod debeas, possit. Illa enim perpe-
tua tutela etiam proiecta jam etate continentur: illorum tu-
telæ, certus annorum numerus terminum facit: atque idcirco
solvi pupillo sine tutoris auctoritate non poterit. Differt etiam
persona mulierum à persona pupillorum, vel in eo, quod pupilli
non perpetua reguntur tutela: mulieres vero perpetua: vel
quod pupillus nullum sua etiam ministranda utilitatis judi-
cium babere potest: cum sit aliquis mulieribus, et si non fir-
matus

mus in explicanda familiari re intellectus. Quid si lœsa sit que restitu-
mulier auctore tutore contrahens, an in integrum restitue-*tur, si leſ-*
tur? Id quidem ratio Edicti in l. 1. D. de Minoribus allata
suadere videtur, præsertim quia idem Ulpianus eam ad
mulieres applicat l. 2. §. 2. ad Sct. Vellej. & alii omnes Cu-
ratores habentes eo beneficio fruuntur l. 8. §. 1. l. 11. D. de Re-
bus cor. qui sub tut.

§. X.

Si quæras, ad quæ negotia igitur feminis auctorita-
te tutoris opus fuerit, non diu cunctabor, sed præeun-
tem laudabo Ulpianum dicto titulo XI. §. 25. *Tutoris au-*
ctoritas necessaria est mulieribus quidem in his rebus, si lege aut mulieri si
legitimo judicio agant, si se obligent, si civile negotium gerant, *ge agit*
si liberta sue permittant in contubernio alieni servi morari,
si rem mancipi alienent. Pupillis autem hoc amplius in re-
rum nec mancipi alienatione tutoris auctoritate opus est. Pri-
mum, ait, tutoris auctoritatem interponi debere, si mu-
lier lege vel legitimo judicio agat. Latius patet lege agere,
quam legitimo judicio agere, quia sine judicio lege agi
potest, cum adoptiones, manumissiones aliisque id genus
solemnitates imperio Magistratus fiunt. Unde in famo-
sa l. Barbarius 3. D. de Off. Præt. scriptum est: *apud cum*
egerunt vel lege, vel quo alio jure. Legis enim actiones
erant solennes actiones ex XII. Tabulis alijsque legibus
descendentes, de quibus peculiari capite Briffonius lib. IV.
select. antiquit. cap. 20. Judicium autem legitimum dicitur *vel judicio,*
quod vetere & antiqua lege introductum receperuntque est,
cujusque formula à Prætore secundum leges impletatur:
veluti de pastu pecoris, de pauperie, damni injuria, &c.
Legitimas actiones Pomponius in l. 2. §. 6. de O. J. judicia
prodita Papinianus appellavit in l. 1. D. de Praescr. verb.
Hæc autem discrimina, postquam extraordinaria judicia fa-

C

cta

Etia, sublata quoque sunt, & res iudicaria eo redacta, ut possimus cum Paullo dicere, in extraordinariis judiciis, ubi conceptio formularum non observatur, subtilitas supervacua est. Interim mulier non temere judicium suscipere debebat, sed tutori auctore, propter forensum rerum ignorantiam, & sexus levitatem, & stolæ matronalis decus. Deinde tutor adhibendus mulieri, si se obliget. Lex Lætoria verabat minorem annis XXV. stipulari, ~~in quæ nō datur~~ passive, id est spondendo se obligare, quemadmodum Priscianus lib. VIII. Suetonium interpretatur. Hæc vero tam feminas quam mares complexa videtur, quia utriusque sexus legitima ætas est & mansit 25. annorum. Sed hoc amplius mulier annos Lætoriæ legis egressa, sine tutori moribus Romanis sese firmiter obligare & conditionem suam deteriorem reddere non potuit; ob sexus infirmitatem. Cicero præ Cæninna cap. 25. *Quod mulier sine tutori auctore promiserit, debet, non est aditus ad hujusmodi res afferendas, neque potentia cuiusquam, neque gratie.* Sed contra, feminam minorem 25. annis absente tutori sibi stipulari, siamque conditionem meliorem facere posse & potuisse, non ambigitur. *I. 7. C. de cont. stipul.*

§. XI.

Hoc anctore inibi femina negotium gerant, pergit Ulpianus. Alia nimirum negotia juris civilis sunt, alia juris gentium *I. 17. §. 1. D. de Penis. I. 15. D. de Interdict.* In illis tutor adhibendus jure ordinario, sicut ad omnia, quæ solennitatem juris desiderant *I. 19. D. de Auct. tut. I. vlt. C. de In lit. dand. tut.* quia jus legitimum tutorem, non curatorem novit. Ad civilia autem negotia pertinebat nuptias contrahere, dotem dicere, testamentum facere, manumittere, hereditatem adire, rem mancipi alienare, & tutelam liberorum gerere: de singulis singu-

singulatim. Tribus olim modis nuptiæ contrahebantur, confarreatione, coëmptione & usu: nullo autem sine tutoris auctoritate in manum viri conveniebat uxor. Ulpian. tit. XI. §. 22. & Cicero pro Flacco, de Valeria Andronis Sextilii uxore: *In manu*, inquit, *convenerat*. Nunc audio: Sed quero utrum usu, an coëmptione? Usu non potuit. Nihil enim potest de tutela legitima sine omnium tutorum auctoritate diminui. Coëmptione? Omnibus ergo auctoribus: in quibus certe Flaccum fuisse, non dices. Nuptiæ autem, ut rectius & dotem ^{cit.} curarentur, Lege Julia de maritandis ordinibus cautum, ut ad dotem dandam, dicendam, promittendam, si legitimum tutorem non habeat, à Prætore urbano in Urbe, à Præside in provinciis tutor constitueretur. Ulpianus tit. XI. §. 20. Eoque pertinet Terentii Clementis l. 61. D. de Jure dot. ut inscriptio docet. Cicero pro Flacco cap. 35. Doti, inquit, Valeria pecuniam omnem suam dixerat. Nihil istorum explicari potest, nisi ostenderis, illam in tutela Flacci non fuisse. Si fuit, quecumque sine hoc auctore est dicta dos, nulla est. Ait dos dicta: Lex enim dotis dictionem, prmissionem, dationem discribit: quia dicere dotem, est absque stipulatione promittere, solennibus verbis, sine interrogatione: si quis autem promittebat, stipulationem ut adjungeret erat necesse. Dicendo tres tantum personæ, mulier ipsa nuptura, vel ejus jussu debitor, vel parens virilis sexus, velut pater & avus paternus; at promittendo omnes obligabantur, Cajus lib. 2. Ins. t. 9. §. 3. Ulpian. tit. VI. §. 2. l. 41. D. de Jure dot. Dari autem dos dicebatur præfens, cum pridie nuptiarum, vel circiter, consignata apud auspices deponebatur, in crastinum nuptiarum viro tradenda: quemadmodum in Messalinæ cum Silio nuptiis factum, Tacitus & Suetonius memorie prodidere.

§. XII.

*ne eo non
ndit Testa-
tum.* Testamenti factionem mulieres antiquitus, cum in comitiis vel in procinctu testamenta fierent, non habuisse constat; eas etiam quæ per farreationem, vel per æs ac libram in viri potestate venissent, testari non potuisse, æque certum est; loco enim filiarum familias erant, earumque bona omnia mariti siebant: At iis, quæ sui juris erant, testamentum, & Ciceronis & Ulpiani ætate condere licuit, modo tutoris auctoritatem adhiberent. Actus enim testandi *causa subtilissima* est l. 28. C. de Testament. si libra, asses, mancipationes, aurum adrectationes, testes, signa, tabulæ & cetera actu continuo adhibenda considerentur. Adde fraudes & falsa, quibus reprimendis lex Cornelia ferri debuit, quam testamentarium vocat Cicero *Verr. I. cap. 42.* & Paulus lib. V. sent. tit. 25. his vero odrandis sola mulier non satis erat versuta. Ideo Ulpian. tit. XX. §. 15. *Femina post duodecimum annum etatis testamenta facere possunt, tutore auctore, donec in tutela sunt.* De suo tempore testatur Cicero pro Cenina cap. VI. sed maxime in Topicis cap. IV. *Si ea mulier testamentum fecit, que se capite nunquam dominuit, non videtur ex edicto Praetoris, secundum eas tabulas possessio dari.* Quidam ex his verbis colligunt, eam mulierem tantum, quæ convenit in manus, testari potuisse; rectius Boëtius ea explicat de muliere, quæ testamentum fecit sine tutoris auctoritate: hanc etenim necessariam fuisse Livius docet lib. XXXIX. c. 9. ubi meminit cuiusdam Hispalæ Feceniæ, meretriculæ & libertinæ mulieris, testamentum facientis Romæ, tutore & Tribunis & Praetore petito, & amatorem suum Æbutium heredem instituentis.

§. XIII.

*Nec ma-
mittit* Sequitur manumissio, quam in censum negotiorum ci- vilium

vilium referendam esse, vindicta, colaphi, rapismata, circumactiones, & verba solennia satis evincunt, à Constantio demum sublata. Lege Ælia Sentia ne minor quidem, licet testamentum facere & heredem instituere & legata relinquere posset, libertatem servis conferre poterat; ne horum fraudulentis adulacionibus ac dolosis artibus circumscriberetur. Iisdem insidiis mulieres earumque facultates, Romæ in mancipiis magnam partem consistentes, expositæ erant, unde Ulpianus tit. I. §. 17. *Mulier, ait, que in tutela est, item pupillus & pupilla manumittere non possunt.* Cum quo convenit fragmentum lacerum quidem, sed pulcherrimum, à Claudio Puteano Senatore Parisiensi erutum, & Collationi Mosaicarum & Romanarum legum à Pithæo subiectum, cuius verba ex §. 15. subjiciam eo lumentius, ut patescat auctoritatem horum tutorum pariter ac pupillarium confessim in ipso negotio interponi debuisse: *Mulier sine tutoris auctoritate (manumittere non potest) nisi jus liberorum habeat, tunc enim & vindicta sine tutore manumittere potest.* Unde si mulier absens liberum esse jussit, que jus liberorum non habet, quantum est, si tutores ejus auctoritatem accommodent eo tempore, quo epistola scribitur serva a domina, (an libertas competit?) Julius negat: existimat enim eo tempore debere auctoritatem praestare, in quo peragitur libertas, tunc autem peragi ineligitur, quando servus cognoverit dominæ voluntatem. Sed Noratus Priscus probat libertatem servo competere: sufficere enim, quando epistola scribitur, adhiberi auctoritatem tutoris: *cujus sententia & constitutione Imperatoria confirmata est.*

§. XIV.

Hereditatis aditionem porro, sive *Cretionem*, ut veteres loquebantur, res aperta est, negotium civile esse;

*Auctoritas
quando in-
terponenda.*

*Necessa-
ria ad be-
imo*

*reditatem
adeundam*

imo actum legitimum, ut vocat Papinianus in l. 77. D. de Reg. Jur. quia verbis conceptis, testibus praesentibus, aliisque solennibus siebat. Unde creationis solennitas in l. un. C. Tb. de Cration. vel. bon. poss. & quidem scrupolosa solennitas vocatur in l. 8. C. Tb. de Matern. bon. Quernadmodum vero pupillus hereditatem sibi non acquirit, nisi tuteore auctore, ipso tamen adeunte atque solennia agente, nec curator sufficiebat, ideo tutorem habenti plerumque specialis tutor ad adeundam hereditatem dabatur. l. 9. D. de Tut. & curat. l. 17. §. 1. D. de Appell. Sic etiam ex Senatus-consulto tutor datur mulieri ei, cuius tutor abest, praterquam si patronus sit, qui abest: nam in locum patroni absens alter peti non potest, nisi ad hereditatem adeundam, & nuptias contrahendas. Verba sunt Ulpiani tit. XI. §. 22.

*ad mancipa-
tionem*

Similiter Mancipatio traditio quædam civilis ac legitima erat, quæ certis verbis, libripende & quinque testibus praesentibus peragebatur. Totum ritum descripsit Cajus lib. I. Inst. tit. 6. §. 3. & Brisson. lib. 1. Select. 7. Mulieribus autem tutoris auctoritas necessaria erat, si rem mancipi alienent, ait Ulpianus dict. tit. §. 27. Rei enim, quæ mancipi erat, proprie alienatio credebatur, ut prædiorum in Italico solo constitutorum, & jurium ad ea pertinen- tium, item servorum & quadrupedum. Ceteræ res nec mancipi dicebantur, & nuda traditione sine tuteore muliebri alienabantur. Muliebri inquam, secus enim in pupillari, ut statim indicat idem Ulpianus: *Pupillis autem hoc amplius etiam in rerum nec mancipi alienatione tutoris auctoritate opus est.* Id est, in vestibus, metallis, gemmis, aliisque quæ pondere, numero & mensura constant. Ad alienationem & Usucapiō pertinet: vix est enim, ut non videatur alienare, qui patitur usucapi, infit Paulus l. 28. D. de V. S. Jam autem uti res pupilli immobilis usucapi non potest, l. 48. D. de

*usucapio-
num*

D. de A. R. D. quod Cicero etiam novit, qui in I. ad Attic. epist. 5. ait: *De tutela legitima, in qua pupilla sit, nihil usus capi posse.* Sic idem in Oratione pro Flacco testatur, nihil posse de tutela mulierum legitima sine omnium tutorum auctoritate diminui, atque adeo Valeriam ipsam usu uxorem fieri, sive usucapi matrimonii causa non potuisse, sine Flacci auctoritate, qui unus erat ex tutoribus mulieris. An *donationem & Donatio* huc pertineat, minime ambigendum: est enim alienatio, &c, ut ceteri actus inter vivos, mancipationis solennitatem requirebat. At parum usitatitas fuisse olim donationes apud Romanos, etiam in personas conjunctas, ostendit Polybius in *Excerpt. Peiresc.* pag. 154. ne dicam mulierum genus avarum esse I. 4. §. 1. D. ad Sct. Vellej. adeo ut miraculi loco habeatur, cum mulier donet, arg. I. 33. D. de Donat. ut vir. ait Mascard. de Probat. c. 10. n. 29. Quæ forsitan ratio est, cur Jurisconsulti de donatione nihil memoriae prodiderunt. Illud denique manifestum est, mulieribus, *& tutela sua*, si *Tutelam filiorum à Principe impertarunt, tutoris auctori-ceptionem.*

tutela in fin. D. de Tutel. quia tutela *civile munus* vocatur in I. 6. §. 15. D. de Exc. int.

S. X V.

Quibus in negotiis mulieri tutoris auctoritas necessaria *qui differat* sit, vel non sit, vidimus hactenus, ex quibus simul *qua-muliebris tutela à pupillari laris* tenus muliebris hæc tutela cum pupillari conveniat, vel ab ea distet, apparet: Sic quod ad potestatem attinet, eas differre diximus §. 9. quoad res item quarum alienationi auctoritas accedere debet. §. 14. At aliæ adhuc supersunt differentiæ, sicco pede hic minime prætereundæ. Ac pri-mum quidem Regula juris antiqui est; una, tutorem habenti tutorem non dari: & altera; certæ rei vel causæ tutorem pupillarem non dari. I. 27. D. de Testam. tut. neque enim lex, quæ tutelam stabilivit, ejusmodi casibus extra-ordi-

ordinariis eam accommodaverat, neque à Jurisconsultis eo ab initio produci poterat; quod tamen deinde factum esse primus egregie ostendit Vir Excellentissimus Gerh. Noodt lib. 1. Probabil. cap. 2. Dudum vero, & inde ab Augusti ævo ex lege Julia & Papia de maritandis ordinibus & securis Senatusconsultis mulieri, cum tutoro suo agere volenti, etiam ad dotem constituendam, & hereditatem ad eundam tutor dabatur, auctore Ulpiano tit. XI. §. 20. 22. & 24. Quæ species sub titulo Codicis, In quibus causis tutorem habent tutori dari potuit, non reperiuntur. Hinc & aliud discrimen emergit: Pupilli omnes sub tutela testamentaria, vel legitima, vel dativa erant constituti: Mulieres autem viripotentes innuptæ auxilio curatorum, ad annum 25. saltem post D. Marei constitutionem, res suas administrasse videntur, nec tutores sibi elegisse, nisi aliorum interesset, actusque inter vivos vel mortis causa talis celebrandus, ad quem tutoris auctoritate esset opus; tum vero, sicut impuberi, etiam invitæ puberi, tutor ex juris ratione petendus. Argumento est Hispala Fecenia, quæ post patroni mortem, quia in nullius manu erat, demum cum testamentum ficeret tutorē à Tribunis & Praetore petiit, auctore Livio Lib. XXXIX. c. 9. Atque inde est, quod Jurisconsulti & Impp. tot locis Curatoris mulierum meminere, in l. 36. l. 37. l. 66. §. 1. l. 67. §. 2. 3. 4. D. de Ritu nupt. l. 5. §. 12. D. de Jure dot. l. 7. D. ad L. Jul. de Adult. Paul. lib. II. sent. tit. 19. §. 9. l. 3. l. 7. & ult. C. de Interdict. matr. In quibus aliisque textibus Jac. Rævardus lib. II. Varior. c. 10. ex Prudentium intentione & sententia, vocem tutores reponendam existimat, quam Tribonianus in curatores mutarit, ex sæculi sui usu: at huic plus una ratione satisfecit Vir Clarissimus Antonius Schultingius ad l. Paul. qui tamen cum Vertranio Mauro de jure liber. cap.

cap. 31. in l. 60. & l. 61. *D. de Jure dot.* & l. 7. *de Tut. & cur. dot.* hujusmodi emblemata agnoscit. Ceterum ad hos curatores Cujacius lib. XXVI. Obs. c. 7. retulit l. 8. *D. de Adopt.* sed non satis feliciter! Nec enim de feminis loquitur Modestinus, sed laudat *D. Claudium*, quod curatoris auctoritatem jussit intercedere in arrogatione adolescentum, quæ antea necessario non requirebatur. Illùstris Noodtius *comm. ad ff. pag. 48.* quomodo lucem faceret huic loco ad liquidum deducere se necdum potuisse ait. Vide *Acta eruditorum Lipsiæ anni 1717. mens. Maij pag. 197.*

§. XVI.

Pergo ad aliam differentiam, notatu haud minus dignam. In pupillorum arbitrio non erat, quem sibi tutorem vellent; & inutiliter his daretur tutoris optio, quorum nullum judicium est: at lege speciali omnibus feminis, vel matrifamilias testamento viri optio tutoris dari potuit, ut ipsa sibi tutorem eligat, quem velit. Auctor est Livius lib. XXXIX. cap. 19. ubi de Hispalæ præmio, ob indicata Bacchanalia, SClum factum esse refert, ut Tribuni ad plebem ferrent: *Uti Fecenie Hispalæ datio, diminutio, gentis eruptio, tutoris optio item esset, quasi ei vir testamento dedisset.* Locus insignis est, sed in cuius interpretatione multis, in primis autem Gutherio lib. II. de Jure Pontif. c. 7. aqua hæsit. Tentavit eum Alciatus lib. IX. parerg. c. 19. sed feliciore successu Turnebus lib. XXX. Advers. c. 25. Hotmannus lib. III. Obs. c. 16. Cujacius lib. VII. Obs. cap. II. & Livii sospitator Joh. Fred. Gronovius in notis, veros ejus sensus eruuerunt. Nos quæ hic pertinent tantum persequemur. Constat Legem XII. Tabularum fuisse, *Paterfamilias uti legasset super pecunia tutelave sua, ita jus esto;* eamque à Jurisconsultis ita extensam, ut latissima potestas & heredis instituendi, & legata relinquenti,

D

quendi,

quendi, & tutelas constituendi tributa videatur: ait Pomp.
l. 120. D. de V. S. Facili negotio igitur eadem in fori di-
putatione à liberis ad uxorem translata; sic ut quemad-
modum pater testamento filiisfamilias tutorem dare pote-
rat, sic & maritus uxori, quia in manu mariti erat, & sui he-
reditis jure utebatur. Non semperautem rigide istud jus ex-
ercebat, sed uxori tutoris optionem beneficij loco aliquan-
do legabat. Et hic tutor est, quem Cicero pro Murena
^{† Ciceronis}
^{familia loca}
^{unstrantur.} cap. XII. ait potestate mulierum contineri. Jurisconsul-
tos enim exagitans: *Mulieres*, inquit, *omnes propter in-*
sfirmitatem consilii majores in tutorum potestate esse voluerunt:
hi invenerunt genera tutorum, que potestate mulierum con-
tinerentur. Alciatus dicto loco quale hoc sit, invenire
desperat, nisi dicatur, mulieres servos suos actori publico
concessisse, & postquam publici effecti essent, procuras-
se, ut sibi tutores darentur. At haec sunt nugae, refuta-
tione indignae! Schilterus Ex. XXXVII. §. 228. Tullium
reprehendere putat illud tutorum genus, quando mater &
vitricus tutelam gererent, sic enim tutori potestate mu-
lieris contineri, quæ ipsa in tutela esse deberet. Verum nec
hoc placet. Genuinus sensus vel hic est: *Mulieres tales*
sibi optasse tutores, quibuscum ob conditionis vilitatem,
animive bonitatem facile transfigerent: vel cavillatorie
dixit, eos in potestate mulierum contineri, pro Quorum
diligendorum mulieri esset potestas; vel denique ridet Ju-
risconsultos, quod auctores fuerint muliebris tutelæ, nec
tamen efficere potuerint, ut mulieres in tutorum essent
potestate, quippe quæ libere res suas administrarent, &
solemnitatis causa auctoritatem negotiis adhiberent. Viri-
potentes enim quodammodo *in suam tutelam perveniebant,*
prout explicandus Paulus in l. 51. D. de Legat. lib. 3. ne iis,
quæ supra pag. 4. tradita sunt, contrariari videatur.

§. XVII.

S. XVII.

Ex his lucem fenerarunt Scævolæ in l. 26. D. de Tutor. *Tutor multi
& cur. dat. & novum inde simul discrimen tutelarum inbris ex in-*
lucem proferimus. Verba ejus sunt, quæ sequuntur: *Seje quistione
egressæ annos XII. decreto Prætoris ex inquisitione datus est non dabat
tutor, quasi minori: quero an excusare se debaret? Respondi,*
secundum ea quæ proponerentur, neque excusationem necessariam esse,
neque obligari, quod non gereret. Ex quibus intelligimus tutorem decreto Prætoris ex inquisitione semi-
næ viripotenti dari inutiliter, neque excusationem necessariam esse, neque obligari eum, si negotia non procura-
vit. Id quidem muliebris ac pupillis erat commune, quod Prætor utrisque tutores non habentibus ex Lege Attilia
tutores daret, moribus etiam mulieri pariter ac pupillo quandoque Prætorianus tutor dabatur, qui in Pandectis
fere in curatorem mutatus est. Ulpian. tit. XI. §. 18. & 24.
Hoc tamen discriminis intercedebat, quod pupilli à Magistratibus majoribus cum inquisitione, à minoribus cum
satisfactione tutores accipiebant; feminæ autem viripoten-
tes ipsæ sibi tutores eligerent, quæ electio pro inquisitio-
ne fuit; nec satisfactione erat opus, quia tutela hæc oneri
non erat, neque tutela actionem directam vel utilem, nec
hypothecariam pariebat, eo quod nihil gerere, sed tantum
auctoritatem præstare solitus esset feminarum tutor. Ad
dolum tantummodo & fraudulentum consilium præstan-
dum obligatus fuisse videtur. Vide Cujac. lib. XXII. Obs. c.
20. Num vero tutela hæc necessariæ fuerit susceptionis, id
quidem temere neque affirmarim neque negaverim. Pla-
ne tutela in rerum actu, vel in Reipublicæ tractatione, ut
loquitur Seneca i. de Tranquill. cap. 3. seu πόλεως διοικήσει ut
Plato lib. V. de Rep. ait, nulla consistit; nec Reipublicæ,
sed civile munus est l. 6. §. 15. D. de Exc. tut. pertinet enim

ad utilitatem unius domus: favore autem pupillorum receptum est, & placuit Iuris Civilis, tutelam vel curam inter munera publica numerari, civesque invitos ad eas suscipiendas adigi. pr. Iust. de Excusar. Tantus autem muliebris tutelæ, quantum pupillaris, non est favor, & plerumque ex voluntate ipsius mulieris tutor volens & consentiens datum esse videtur.

§. XVIII.

*terat se
tela abdi-
re*

Magis hæc apparet, si in memoriam revocemus & hoc proprium isti tutelæ fuisse, quod sicut invitus eam non suscipere, ita susceptam abdicare, aut in jure alii cedere tutori liceret. De abdicatione Ulpianus tit. XI. §. 17. Si tutor testamento datus se abdicaverit tutela, desinit esse tutor. Abdicare autem est, dicere nolle se tutorem esse. In jure autem cedere tutela testamento datus non potest, nam & legitimus in jure cedere potest, abdicare se non potest. De cessione idem §. 8. titulo eodem: Quantum ad agnatos pertinet, hodie cessitia tutela non procedit: quoniam permisum erat in jure cedere tutela seminarum tantum, non etiam masculorum: seminarum autem legitimas tutelas lex Claudia suslinet. Res nova videbitur Juris studiosis, qui fragmentis Pandectarum tantum assueri, tutelam susceptam deponi, aut in jure cedi potuisse, cum excusationis tantum à suscipienda in iis fiat mentio, ne γε autem de abdicatione susceptæ. Certum nihilominus in seminarum tutela id obtinuisse, nec sine ratione. Tutela pupillaris pubertate desinebat, nec invitus tutor ad curæ continuationem cogi poterat: muliebrem autem hoc onus peculiare comitabatur, quod esset perpetua, nulloque tempore circumscripta & definita. Querelas igitur movebant tutores & testamentarii, & legitimi, & dativi, si sero aut plane non nubebat femina sibi commissa; quamobrem remedium illis per abdicationem &

& cessionem quæsitum est, etiam alia speciali excusationis causa non allegata. *Abdicare* se Magistratu, consulatu, Ciceroni & JCris est munus nondum confessum deponere; *ἀπουσιασθαι*, vel ut Aristoteles, *ἀπεικένειν αἴρεσθαι*. Abdicatur filius, qui omne jure abscisso, à familia alienatur. Sic & abdicare se tutela, est dicere, nolle se amplius tutorem esse. Cicero lib. VI. ad Att. epist. II. *Itaque aut tutela cogito me abdicare, aut, ut pro Glabrone Scavola, sensus & impendium recusare.* Sicut autem Diocletianus & Maximianus abdicationem filiorum, ex Græcorum moribus diu apud Romanos usitatam sustulerunt, l. 6. C. de Patr. pot. ita & legitimis tutoribus, non licuit se abdicare tutela feminarum, quæ sibi proximitate sanguinis conjunctæ. Testamentariis & dativis id permisum, agnatis non item: qui tamen alteri à se proximiori eam in jure cedere poterant, quæ *cessitia tutela* dicebatur; indeque *cessitus tutor* vel *cessamus* in jure cedere proximo. vel *cessius*, ut Ulpianum emendat Turnebus lib. VII. Advers. cap. 21. & post hunc Vir Cl. Joh. van de Water lib. III. Obs. cap. XI. Non hic repetam cessionis solennia à Galvano cap. 38. de Usufr. & Contio lib. I. Disp. jur. civ. cap. 12. quantum satis est pertractata. Vix tamen mihi temporo, quin locum Ulpiani adscribam, quam maxime hoc pertinentem. Inquit ille tit. XIX. §. II. *In jure cedentes etiam incorporales possunt, velut natus fructus, & hereditas, ET TUTELA LEGITIMA, & libertas.* Exercitum igitur hujus tutelæ coram Prætore in cessarium transibat; sed hac lege, ut si quis mortuus fuerit, si quis capite minutus, si quis alii rursus tutelam cesserit, rediret ad legitimum tutela; quia personæ industria erat electa, nec nisi viro industrio, rerumque suarum satagenti vices commissæ; Quin adeo tutela hæc ex persona cedentis legitimí pendebat, ut si quis decesserit, aut capite minutus fuerit, cessitia quoque

extingueretur; quia non plus juris in alium transferre potuit, ac ipse habuerat, auctore Ulpiano tit. XI, §. 7.

§. XIX.

Ulpiani lo-
us difficilis
e lege Clau-
lia.

Verumenimvero quia feminarum intererat, retinere potius pristinos tutores sanguinis vinculo nexos, quam in novorum, forsitan & hominum malorum, nequam & luxuriosorum tutelam transferri, quorum moribus polluerentur, & ad sordidum vitæ genus in suam & Reip. perniciem traherentur; ideo Claudius Imperator vetuit, tutelas cedi, feminarum autem legitimas tutelas lex Claudia sustinet, inquit Ulpian. tit. XI. §. 8. Anceps horum verborum, & crebris eruditiorum disputationibus jactata est sententia. Cujacius in notis hic & lib. XXVI. Obs. cap. 7. pro sustinet, reposuit sustulit, omnes legitimas feminarum tutelas lege Claudia sublatas statuens, ita ut testamentaria & dativa tantum fuerit relicita; Constantimum vero patruis hoc oneris iterum imposuisse in l. 2. C. T. b. de tut. credand. qua haud fuisse op̄tus, si jus antiquum vigebat, ex quo ad patruum ex jure agnationis tutela erat perventura. Constantini legem moribus contrariis sumpitam rursus novasse Leonem A. C. 469. in l. 3. C. de Leg. tut. sed quam interpolatam, & voce pupillarum auctam, Codici suo inseruerit Justinianus. Verba Leonis sunt ista: *Constitutione Divae memorie Constantini, lege Claudia sublata, pro antiqui juris auctoritate, salvo manente agnationis jure, tam consanguineus, id est frater, quam patruus, ceterique legitimi ad pupillarum feminaru[m] tutelam vocantur.* Cujacii sententiam probavit Brissonijs, Hotmannus & Giphanius in C. de tut. legit. Huberus lib. III. Digr. cap. 4. & professa opera eam defendit Schilterus Exerc. ad. D. XXXVII. §. 23. & seqq. At vero, quia emendatio isthæc veteris libri auctoritate caret, merito eam rejecerunt Rævardus, Marcilius, à Costa,

Costa, Jac. Gothofredus, Noodtius, Gravina, Schultingius
aliiqui; quorum tamen non una circa explicationem ho-
rum verborum est sententia.

§. XX.

Rævardus primum auctoritatem Cujacii veritus, sup. L. Claudi.
presso nomine hanc emendationem explosit, & quibus-cessitiam in
dam exemplis ostendit sustinere saepius accipi, & hic acci-
piendum esse pro differre, lib. i. Varior. c. 10. Secutus
hunc est Jacobus Gothofredus, hilarioris famæ Juriscon-
sultus, in comment. ad l. 2. C. Th. de tut. & cur. tom. I. pag.
317. sed clarius mentem expressit, ac sublatam tantum
censuit à Claudio cessitiam tutelam, ne quod onus semel
agnatus subierat, deponere unquam posset: quæ explica-
tio, si quis attendat, tam intentioni Ulpiani, quam voci
sustinere convenient, quæ saepius pro continuare, prorogare,
rennere accipitur, auctoribus Latinis. Ovidius Epist. I.
V. 113.

Resifice Laerten, ut jam sua lumina condas,

Extremum fati sustinet illa diem.

Sic Mæcenas in turpissimo voto vitam sustinere, pro spi-
ritum prorogare, inhibere ne abeat, morari, dixit apud Se-
necam epist. 101.

Vita dum superest, bene est,

Hanc mibi, vel acuta

Si sedeam cruce, sustine.

Atque hoc ipsum dignitas familiarium, & summa juris pro-
videntia suadebat, ut quo hereditas pervenit, eo tutela re-
diret, & qui sperabant successionem, iidem bona tueren-
tur, ne delapidarentur l. 1 D. de Legit. tut. & l. 73. D. de
Reg. Jur. nam hoc reciprocum est, ut qui com-
modis fruitur rei cuiuspiam, eum & incommoda preferre
conveniat l. 10. D. cod. Decepit Cujacium ejusque affectas,

quod

quod legem illam Claudiam in *dict. l. 3. C. de legit. tut. memoratam*, cum nostra eandem fuisse putarunt, id quod nec ipse abnuo: at certum est, varia ejus legis fuisse capita, prout de re tutelari sollicitus valde fuit Claudius, nam & de tutori dativo caput ejus legis memorat Suetonius in *eius vita cap. XXIII.* & de curatore Modestinus in *l. 8. D. de Adopt.* Quid vetat igitur, quominus, praeter hoc nostrum de cessitia tutela, quartum caput fuisse credamus, quo mulieres impuberes tutela patruorum exemptæ, quorum asperitas proverbio locum dedit apud Persium Sat. 3. *Nefis mibi patruus oro.* ut Gravina observat, cui addo Manilium lib. V. in superciliosa paedagogorum genitura:

- - *Antiqui laudabant verba Catonis,*

Tutorisve supercilium, patruique rigorem.

Hoc certe temporum illorum conditio, & mulierosum Claudii ingenium satis confirmant. Constantinus vero imperium patruorum, suscitato jure antiquo, restituit, Leo confirmavit, neuter autem tum temporis forsan de mulierib[us] tutela cogitavit. Hæc ita quantum ad agnatos pertinet. In patronis autem etiam post legem Claudiam cessitia tutela processit, ut exceptio ab Ulpiano subjecta ostendit, de qua Janus à Costa Vir Cl. ad tit. *Inst. de legitima Patron. tut.*

S. XXI.

Solvitur tutela i. capitis diminutione

Tempus est modos videamus, quibus feminæ tutela liberantur, atque naturalis libertas, quam & sexus infirmitate, & rerum forensium ignorantia amiserant, ipsis restituta est. Communes illos, ut utriusque mortem, delictum, consensum, & ejusmodi alia hic enarrare instituti ratio non fert; sed duos selectos dabimus. Primus est capitis diminutio feminæ, quæ licet minima sit, omnes tutelas tollit, non tantum pupillarem §. 4. *Inst. quib. mod. tut. sed & perpetuam, auctore Ulpiano tit. XI. §. 9. & 20. Con-*

tingit

tingit autem minima illa vel adoptione, vel in manum conventione, ut idem scribit §. 13. tit. eod. Adoptionis nomen generale est, & arrogationem comprehendit; de qua ^{ut arrogati} one. hic quæritur, quia tutela tantum erat seminarum sui juris. Jure veteri quidem mulier arrogari non poterat, quoniam nulla cum ea comitiorum erat communio, Gell. lib. V. cap. 19. Post vero ex rescripto Principis arrogari potuit, auctore Cajo in l. 21. D. de Adopt. & l. 8. C. eod. Tutoribus pupillaribus tanta in pupilos non erat auctoritas, ut caput liberum fidei suæ commissum alienæ ditioni subjicerent; quemadmodum ex Gellio discimus, dicto loco: At mulieri arrogandæ tutores sic utiliter auctoritatem præstabant: quæ differentia superioribus addi potest. Arrogata igitur, ne in duorum potestate esset, tutela exibat. Pariter & quæ in manum convenerat, maritum parentis loco habebat ejusque potestati soli subjiciebatur. Manus Latinis ^{& conventic} ne in manu pariter, ac Hebræis & Græcis, pro imperio & potestate usurpatur; unde in manum convenire, est in potestatem ac familiam mariti transfire. Fiebat id tribus modis, farre coëmptione, & usu. Sive enim solenni farris sacrificio Diis nuptialibus facta, sive per æs & libram coëmpta, sive per integrum annum usucpta, in familiam mariti commigret, se suaque omnia ad eum transferrebat uxor, ita ut in dominium ejus veniret jure mancipii, & capite minueretur, & sustineret speciem liberalis servitutis, ut Servius ad IV. Aeneid. vers. 103. & Gellius lib. IV. cap. 3. memoriae prodidere. Exibat ergo ex patris potestate, cum in duorum manu simul esse non posset, Tacit. IV. Annal. cap. 16. Hoc vero mortuo, solvebatur etiam tutela, quæ in libero homine tantum insistit, & quavis capitis diminutione perimitur. Hinc Cato apud Livium lib. XXXIV. c. 2. ex instituto majorum feminas in manu parentum, fratribus, viro-

rura esse ait. & Boëtius illa Ciceronis verba in Topicis:
Si ea mulier testamentum fecit, que se capite nunquam diminuit, non videtur ex Edicto Prætoris secundum eas tabulas possessio dari, illustrans, ad rem scribit: Mulieres antiquo jure tutela perpetua continebat. Recedebant vero à tutoris potestate, que in manum viri convenissent: itaque siebat eis prioris status permutatio, & erat capite diminuta, quæ viri convenisset in manum. &c. De hac in manum conventione egisse Prætorem in l. 2. D. qui satisd. cog. & Ulpianum in l. 2. §. bis D. de cap. min. Cujacius sibi persuadet lib. IV. Obs. cap. XI. nescio an aliis.

§. XXII.

Non convenientia in matrimonio. At vero probe hic distinctio observanda est, quam ex idoneis vocum antiquarum enarratoribus, indicavit Aulus Gellius lib. XVIII. Noct. Att. cap. 6. inter matresfamilias & matronas, sive inter uxores, quæ in manum & manipum maritorum convenerant, & eas, quæ tantum in matrimonio erant, sui juris cetera & rerum suarum dominæ, præter dotem, quam viro attulerant. Hæ enim non in mariti sed in alterius tutela fuere: Plures autem mulierculæ, jam ab Augusti ævo, corruptis moribus opibusque auctis in matrimonio, quam in manu esse maluere. Tacit. dicto lib. IV. c. 16. Ipsa Livia, Augusti conjux, sic nupserrat, ideo, ante quam jus trium liberorum obtinuisse, legge opus fuit speciali, uti res suas administrare posset sine tutori, *avu uoxis* verba sunt Dionis Cassii lib. XLIX. Huc etiam Vir Clar. Schultingius referendam putat inscriptionem apud Gruterum pag. 552. n. 2. ubi mulier aliqua monumentum fecit SIBI, CONJUGI, ET TUTORI suo. Eademque ratione Pudentilla, Apuleji uxor, quod in manum non convenerat, tutorem habuit: Verba ejus in Apologia circa finem ita se habent: *Dixi sis, me magia de pecunia*

pecunia mulieris pulcherrimum prædium meo nomine emissæ. Dico, exiguum herediolum sexaginta millibus nummum: id quoque non me, sed Pudentiam suo nomine emissæ: Pudentilla nomen in tabulis esse: Pudentilla nomine pro eo agello tributum dependit: præsens est Quæstor publicus, cui depensum est, Corvinus Celer, vir ornatus: adest etiam tutor, auctor mulieris, vir gravissimus & sanctissimus, omni cum honore mibi nominandus, Cassius Longinus.

S. XXIII.

Alter modus, quo feminæ ab hac tutela liberatæ, est
jus trium liberorum; quod variis privilegiis Augusti lege
Julia & Papia, in honoribus adipiscendis, in munerum
immunitate, in jure Quiritum adipiscendo, etiam in li-
beratione à tutela fuit ornatum. Auctor enim incertus
in fragmento supra §. 13. pag. 19. relato, testatur: *Mulie-
rem, jus trium liberorum habentem, sine tutoris auctoritate
manumittere posse.* Cui accedit Plutarchus, Trajani Imperatoris æqualis, qui in vita Numæ cap. XVIII. ubi præ-
mia & honores Vestalium exequitur, hoc modo scribit:
*Honores magnos Numa iis tribuit, in quorum numero est,
quod vivo patre testari possint, atque NB. alia facere, sine
tutore (ἄνερ προστάτη) eo modo & jure, quo matribus trium
liberorum id permisum.* Verum non Numa illis hoc privi-
legii dedit, cuius tempore jus illud erat ignotum, sed Au-
gustus, ut ex Dione Cassio bene observavit Justus Lipsius
de Vesta. & Vestalibus cap. XII. Ait Plutarchus, Vestales
jure trium liberorum subnixas, testamentum facere potu-
isse, *καὶ τάλλα & alia,* ea scilicet, ad quæ alias tutoris au-
ctoritas requirebatur, præente Ulpiano fusius à nobis ex-
plicata §. 10. & seqq. In his §. 14. enarravimus alienatio-
nem rerum mancipi, cui necessario tutor adhibendus, nisi
mulier tres liberos superstites haberet, eosve amisisset, vel
bene.

Solvebatur
tutela jure
liberorum

beneficio Principis jus liberorum esset consecuta. Talis erat STATIA IRENE, quæ JUS LIBERORUM HABENS, M LICINIO TIMOTHEO DONATIONIS MANCIPATIONISQUE CAUSA monumentum sine tute, H. S. N. I. MANCIPIO DEDIT in lapide apud Gruterum pag. 1081 quem eruditus illustravit Doctissimus Brummerus ad Legem Cinciam cap. XIV. Discriben autem hic, ut alibi in SCto Tertulliano & successione liberorum, servatum est, inter ingenuas & libertinas, illæ per tres, hæc per quatuor demum liberos tutelam evadent. Ulpianus tit. XXIX. §. 3. *Lex Papia Poppaea libertas quatuor liberorum jure tutela patronorum liberavit, & cum intulerit, jam posse eas sine auctoritate patronorum testari &c.* Et hoc addam, ex his discriben muliebris tutelæ à cura notasse Jac. Gothofredum in *Notis ad L. Jul. & Pap.* pag. 324. quod mulieres propter liberos à tutela liberantur, minores à cura nequaquam, ut ad L. Julianum scribens Ulpianus in *L. 2. D. de Minor.* testatur.

§. XXIV.

*Quando cest
arit incer-
um* Quousque muliebris hæc tutela apud Romanos in usu fuerit, non facile diētu est. Nisi quod crescente muliebri licentia & labescentibus illius Reip. moribus, hæc quoque prudentiæ civilis pars seminarum impudentiæ sensim succubuerit. Papinianus equidem in *L. 13. D. §. 3. de Tut. & curat. dotis.* patronum tutorem esse desinere scribit, si puella duodecimum annum impleverit, ac tum dari curatorem desideranti feminæ minori eundem, qui fuerat tutor: nolle tam cum Cujacio inde quis colligat, Severi Augusti ævo tutelam nostram prorsus cessasse, cuius Apulejus & Ulpianus, tanquam ætate sua usitatæ, adeo crebram mentionem fecere. Adhæc curatores simul cum tutoribus habuisse mulieres viripotentes, & loca Jurisconsultorum multa

multa à Triboniano ad jus novum inflexa esse, diximus supra: quanquam nec omnia interpolata, si credimus summo Cujacio, qui tutelæ hujus vestigia in Pandectarum fragmentis se reperisse putat lib. VI. Obs. cap. u. & lib. XXII. in Pandect. cap. 20. Nec tamen inficiabore ex eo tempore, quo minoribus, etiam bene rem suam gerentibus, promiscue curatores dari præcepit Antoninus Philosophus, nutasse tutelam: quia ad ea, quæ ante tutore tantum auctore fiebant, velut ad dotem dicendam, etiam simpliciter curator datus l. 7. D. de Tut. & cur. dat. l. 60. & segg. de Jure dot. quæ & alia loca à Triboniano esse mutata, vix dici posse, causatur Bachovius ad pr. I. Quib. mod. tut. fin. n. 4. Plane in Codice post Constantini tempora, feminæ puberi curator dandus nulla esse dicitur in Codice l. 7. C. Qui pet. tut. ut vix muliebris tutelæ vestigia in eo supersint. Quod ad maritum attinet, is jam ex oratione Divi Marci, quam & Senatusconsultum secutum est, uxori minorenni curator dari non potuit, nec furiosæ: in tantum, ut sciens prudens datus infamia notaretur l. 14. D. de Cur. sur. l. 4. l. 17. C. de Excusat. int. Cujus ratio hæ videtur esse, ne maritus rationes vel per blanditias intervetere, vel earum redditio materiam jurgii inter conjuges, cum uxor majorennis facta, aut resipuit, præberet. Bonorum autem dotalium erat dominus l. 30. C. de Jure dot. paraphernalium regulariter custos & administrator l. 9. §. 3. D. de Jure dot. l. 95. D. ad L. Falc. ut tamen sine uxoris consensu soius hic nihil posset l. 8. C. de Pact. conv. sup. dot. Reliqua bona uxor non minus, ac vir, extra intercessionis causam, libere obligat ac alienat l. 6. C. de Revoc. donat. l. 12. C. de Pign. l. 2. C. ad Sct. Vellej. Ut tamen si perfectæ ætatis sit & sanæ mentis, marito rerum omnium, quas extra dotem habet, administrationem concedere possit, & si non prohibeat tacite com-

te commisso intelligatur, l. ult. C. de Pact. conv. l. 21. C. de Proc. ubi rationem addit Constantinus: Ne feminæ per sequenda litis obtentu in contumeliam matronalis pudoris irreverenter irruant, & conventibus virorum vel judiciis in ur Justinia teresse cogantur. Ceterum id mirum videri possit, cur Ius eam non Iustinianus, Imperator oppido mulierosus, & rei uxoriae, in gratiam reverendissimæ suæ Theodoræ, valde intentus, in usum non reduxerit tutelam hanc, ad præsidium sexus infirmioris repertam; nisi forte ipsum movit, quod dubia varia inde oriuntur, & aetibus bona fide gestis, quibus indifferens sepe solennitas desuit, evertendis malevoli ea abuti possint & aburantur: feminæ item absque curatore læse quandoque, exemplo minorum, in integrum restituantur l.f. C. de Juris & facti ign. l. 3. C. Tb. de integr. rest.

CAPUT II. EXPO NIT JUS GER- MANICUM.

§. I.

DE prisca Romanorum sexus sequioris tutela prolixius aliquando egimus haec tenus; sicut currente rota, quæ urceum instituerat, amphora saepius exire solet. Nunc instituti ratio ad Germanos nos vocat, quorum tutelæ longius inhærendum foret, nisi à recentioribus, Mevio, Carpzovio aliisque Saxonice Jurisconsultis paßim, magis, quam isthæc Romana, effet exculta atque illustrata. Selectiora igitur quædam, & non pertrita, nec Pragmaticis ingrara dabo; sequutus ea in re consilium Aristippi, qui consultus, quid adole-

Ratio insti-
tutio
nis

adolescentibus tractandum putaret, id respondit, quod quum viri evasissent, ad usum vitæ maxime commodum esset futurum. Ad hæc autem antequam perveniamus, à primis incunabilis & velut ab ovo res repetenda erit, ut non heri aut nudius tertius tutores apud nos exortos, sed ab ultima gentis nostræ origine, eos jam in usu suisse patescat. Tacitus quidem de Mor. Germ. cap. VIII. memoriae prodidit, sanctum aliquid & providum inesse feminis, nec aut consilia earum aspernanda, aut responsa negligenda, credidisse Majoros nostros. Maris tamen naturam digniorem atque imperantem esse simul agnoverunt, sexumque infirmum, cui valde metuebant, suæ custodiæ atque curæ subjiciendum existimarentur; sicut vetustissimi Galli, uxores suas earumque fortunas in potestate & tutela sua habuisse, traduntur à Cæsare lib. VI. de Bello Gall. cap. 18. Mansit hic mos apud Gentes origine Germanos omnes, ut *Tutela per- feminæ nuptæ in maritorum, viduæ & puellæ parentibus petua apud orbatae in agnatorum tutela essent. Longobardorum Rex Germanos Rotharis lib. 1. tit. 10. circa annum 640. constituit: Nulli mulieri libere sub regni nostri ditione, lege Longobardorum viventi, liceat in sue potestatis arbitrio, id est, sine mundo vivere. Mundum notat tutelam muliebrem, ab ore, hoc mundium est, orando & loquendo, quod feminæ causam in judicio vocatur & extra judicium agere debebat. Hinc mundiata mulier, quæ in mundio est. In Legibus Luitprandi Regis Longob. rubrica tit. 68. est: De mundiata in sacramentum missa. Inde & mundiallus tutor in Tabulario Casauriensi: Ego Adelberga filia quondam Luponi, consentiente mihi Sigofso filio & mundaldo meo, concedo ad usum fruendum vobis. Eadem notione Mundiburnum dixit Burchardus Wormatiensis in lege Familiae: Si quis filiam alterius vi rapuerit, cuncta ve- titor mun- simenia, quibus tunc induita fuerat, quando rapta est, sin- dinalius gulariter*

qulariter in triplum patri ejus vel mundiburdo restituit. Ab
 hac voce depravata & contracta Gallorum & Belgarum
 nde Mom- Munbour, Momboor, Momber, Voornomber fluxere, non à
 jer. Mondborg fidejussor, quod Grotius volebat lib. 1. manu.
 cap. 4. Videatur Kilianus in Diction. Menagii pag. 320. Tu-
 tor vocatur in antiquissima lege Saxonum cap. VII. apud
 Leibnitzium tom. 1. Script. rerum Brunsvicens. pag. 79.
Qui viduam ducere vult, offerat tutori pretium emtionis ejus,
consentientibus ad hoc propinquis ejus. Si tutor abnuerit, conver-
tat se ad proximos ejus.

§. II.

Vidue intu- Satis testimoniorum de perpetua Germanorum tutela.
tela filiorum At modus ejus, & ratio deferendi non omnibus eadem.
 Quod enim supra pag. 10. singulare apud Græcos fuisse
 demonstravimus, viduas matres filiorum subjici tutelæ,
 idem apud Germanos obtinuit, qui viduas non in suorum,
 sed in defuncti mariti aguatorum manu esse voluerint. Ve-
 tuts charta apud Baluzium in Appendix ad Agobard. Re-
 spondit ipse Sisenandus: vere ipsam Gundī uxorem babeo, quod
 mihi ad legitimū matrimonium tradidit Amelfredus filius
 ejus, cum Mundualdo suo. Et illud, quod dicis, quod ueste
 religionis induita post mortem Justonis, qui fuit anterior vir
 ejus, non est veritas. Et statim: Et ipse Sisenandus dedit
 guadiam (cautionem) ipsam Gundī uxorem suam, ad placi-
 tum adducendam una simul cum Amelfredo, filio & Mundu-
 aldo suo, quem dicebat ei ad uxorem tradidisse, posito inter
 eos constituto. Item: Et dixi, quod mihi eam ad uxorem
 tradidit Amelfredus filius & Mundualdus ejus. Apertius id
 constat ex alia charta Tabularii Casauriensis, apud Cangi-
 um in voce Mundium; cujus verba sunt ista: Ego Helegrī-
 na, filia quondam Caroli -- -- consensu & voluntate, de filio
 meo Aliperto, in cuius mundium ego permaneo, venundavi.
 Eodem

Eodem spectat lex antiqua Longobardorum lib. 2. tit. 6. §.
I. tit. 37. §. 4. & clarior Saxonum tit. VII. *Qui moriūus
viduam reliquerit, tutelam ejus filius, quem ex alia uxore
habuit, accipiat: si is forte defuerit, qui frater est defuneti:
si frater non fuerit, proximus paterni generis, vel ejus con-
sanguineus.* Eleganter docuit Schilterus Exerc. XXXVII.
§. 241. rationem hujus juris ex jure familiæ pendere, quod
maritus, veteri Germanorum more, sibi ac familiæ suæ
acquirebat; hoc effectu, ut si vidua ad secunda procede-
ret vota, novus maritus emtionis pretium tutori solvere
teneretur. Idem vetusti hujus juris vestigia in jure Pro-
vinciali Saxonico & Suevico latere ostendit. Sic enim lib.
I. art. 23. *Wo die Söhne binnen ihren Jahren seind, ihr äl-
tester ebenbürtiger Schwertmagt, nimmt das Heergewet allein,
und ist der Kinder Vormund daran, bis sie zu ihren Jahren
kommen.* Et in fine: *Er ist auch der Wittben Vormund,
bis daß Sie einen Mann nimmt, ob Er ihr ebenbürtig ist.* - Jus
Suevicum similiter cap. XXVII. nisi quod viduæ arbitrio
committat: *Er ist auch der Wittben Vormund, dieweil Sie ohn Mann
ist, ob Sie will, und ob Er ihr ebenbürtig ist.* Sed hoc jure non am-
plius utimur, ait Schilterus.

§. III.

Mulieres nuptæ autem, sicut apud Græcos & priscos
Romanos in manu maritorum fuere, sic Germani quoque
eas maritorum consilio regi voluerent: ut viris obnoxiae es-
sent & subiectæ, neve quid aliud agerent, quam ut mari-
to in omnibus obsequerentur. Aëtate majorum nostrorum,
Tacitus scribit, sic unum feminas accepisse maritum, quo
modo unum corpus, unanimque vitam; ne ulla cogitatio
ultra, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum, sed tan-
quam matrimonium ament: quin ipsis incipientis matri-
monii auspiciis admonitam, venire se laborum pericolo-
rumque

rumque sociam , idem in pace , idem in prælio passuram
 ausuramque. Inde in hunc diem pro lege observata bo-
 norum omnium communio descendit , observante Grotio
 npud veteres de Antiquit. Reip. Batav. c. 2. Nuptiis quoque filiæ patria
 Germanos potestate liberabantur , unde quos Cæsar lib. VI. de Bell.
 Germ. impuberis dixit , Græcus ejus interpres ἀγαύες ver-
 tit, idque vox Frehen, matrimonium inire satis indicat.
 Maritus vero sponsam coëmebat pariter , ac apud Roma-
 nos , quod potestatis maritalis erat indicium. Fredegarius
 enim in Gregorii Turonensis historia epitomata cap. XVIII.
 testatur, apud Francos sponsum sponsalia initurum, sponsæ
 obtulisse solidum & denarium , idque secundum legem Sa-
 licam tit. IV. cap. 1. Per annulum quoque manus , per cal-
 ceamenta pedes sponsæ vinciebantur , in subjectionis si-
 gnum ; auctore eodem Gregorio in vitiis Patrum cap. XX.
 Hinc maritus uxorius mundium ab ejus parente acquirere
 dicitur in Lege Alem. tit. 54. & Rex Rotharis , cum in L.
 Longob. lib. 2. tit. 10. mulierem in Selbstmundio vivere pro-
 hibuisset, subjicit limitationem , nisi semper sub potestate viri.
 Inde & Speculum Saxonum lib. I. art. 45. §. 5. fancit,
 maritum esse tutorem uxorius legitimum , post thalami con-
 scensionem : Und ob woll ein Mann seinem Weibe nicht
 ebenburtig wäre , so ist er doch ihr Vormund , und sie ist sei-
 ne Genossin , und tritt in sein Recht , wann sie in sein Bette
 tritt. Adde Constitutionem Augusti Electoralem XV.
 parte II. quam sex & triginta definitionibus illustravit
 Carpzovius , & Jacobi Diss. de Curat mulier Sax. habita
 Lips. 1688.

§. IV.

Et recentio-
 res Eadem hæc curatela maritalis variis etiam locorum
 consuetudinibus & Statutis , tum ob sexus fragilitatem ,
 tum ob mariti honorem , tum denique propter utriusque
 utilita-

utilitatem resuscitata est & confirmata, ita ut maritus hodie sub nomine des Chevogts, oder Ehelichen Vormundes in plerisque regionibus venire soleat. Vid Brunnem. ad l. 4.
C. de Excusat. n. 3. Jure Callico Mari & Bail vulgo appellatur tutor muliebris, in consuetudinibus municipalibus: idque ex præsca maritorum potestate, cuius meminit Cæsar l. VI. d. B. G. c. 6. Vid. Charondas *ad cons. Parif.* art. 223. & Baquetus *du Droit d'aubaine* c. 17 n. 5. De Hispanorum tutela perpetua & generali testatur Alphonſus de Alzeved. *ad Reg. const. Hisp.* lib. V. tit. 3. Florentiæ, Papiæ, Eugubii, Mediolani, & aliis quam plurimis Italiam locis, sine mariti consensu, uxorem testari, aut contrahere non posse, docet Baldus lib. 1. *cons. 488.* & in l. *velles C. de Revoc.* donat. & Pancirolus lib. 1. var. lect. cap. 92. De Bavaria, Bavaros Balthas. *Resol. jur. Bavar.* 14. De Belgio, Burgundus *ad Belgas consuet.* Flandr. tr. 3. n. 1. & Voëtius *ad. tit. de judic.* n. 14-19. & *de ritu nupt.* n. 41. ad 62. de Frisia Occidentali Sande *Frisios.* lib. II. tit. 4. def. 1. & Herbajus *Rer. quotid.* cap. 13. Frisiæ Orientalis hoc est Statutum: Alle unjährlige olderlose Kinder, und alle Frauens Personen schoelen hebben einen gebohornen offte gekochnen Vormund. Eene Jonckfroue, Maget, offte Weduwe, offte ander Frouens Persohnen schoelen nicht moegen versetzen, verkopen, verpanden Hues, Erfe offte Werfe, dann die Froue mit verloevet oehres Mannes, und die Jonckfroue und Weduwe mit orlof des Richters. At noviori consuetudine ad jus civile redditum esse, compluribus supremæ Curiæ provincialis præjudiciis comprobat Cl. Eyben *in Disp. de tutela fam. p. i.* membr. 1.

§. V.

Jure patrio Bremensi tutoris auctoritas olim adeo necessaria fuit mulieri, ut ne quidem testimonii dictio ei permetteretur sine curatore. Ita in Ordehl 38. *Dar en mag*

neen Paape edder jonge Frouvve jecmand vortnegen vor unsen Herren Vagede, idt sy öbme erlövet, edder entsangen mit Vormündern. Id quod nunc quidem usu non servatur, & plerisque rationem habere non videtur: At infra ostendemus hunc vetustissimum gentium Germanicarum fuisse morem, ut mulieres personam standi in judicio non haberent. Quod ad maritum tutorem attinet, notatu digna sunt verba Magnifici Domini Glossatoris Kresstingii, quondam Consulis dignissimi, ad tit. IV. de testam. & donat. §. 4. Es lassen die Sachssche und Bremische Rechte nicht zu, daß die Frau ohne ihres Mannes guten Willen ihre Güter vergeben oder entfremden möge. Zudem ist laut Sachsen Rechts die Frau in Gewalt ihres Mannes, und Er ist der Frauen Vormünder. In Statuto Hamburgensi part I. tit. 9. art. 5. expresse dicitur: Der Frauen Vormund ist ihr Mann, so lange er lebet. De Jure Lubecensi & praxi communi Mevii verba addam ad lib. 1. tit. 7. art. 4. n. 4. Moribus nostris in universa fere Germania jus illud antiquum receptum reperitur, nam ex ipsis feminæ perpetuae tutela ferme subjacent. Cum quo facit Brunnemanus ad l. 2. C. Qui dare tut. Hodie non tantum Jure Saxonico, sed etiam consuetudinario passim ubique locorum, mariti sunt tutores ac curatores uxorum legitimi, Chevögte. Nec tamen inficiari ausim, introducto semel Jure Romano, quasdam provincias juri patrio repudium misisse; vel quia prisca feminarum simplicitas cessare, vel quia curatela illa litium nimis ferax esse videbatur. In Gallia feminas innuptas, si justæ aetatis sint, nullius viri auctoritate regi, scribit Duarenus ad tit. de Ritu nupt. pag. 245. In Pomerania Mevius part. V. dec. 99. narrat, arbitrio mulierum relinqui, utrum Curatorem petere velint, nec ne, & illas nihilominus sine ejus consensu agere & contrahere posse. Quin hodie in dubio pro

Hambur-
genses Lu-
recenses.

*Non tamen
apud omnes.*

pro jure civili standum, & marito de receptitiis *in Chevogts Nahmen*, vel als *Chevogt seiner Haß-Frauen agenti*, exceptionem legitimationis valide opponi posse, scribit Hahn. ad Wes. de tutel. n. 5. & Esbach. ad Carpz. p. 2. c. 15. def. 1. Quibus junge Mev. p. III. dec. 335.

S. VI.

Liquet ex his tutores mulierum alium esse *legitimum*, *Maritus est alium dativum*. Legitimus est maritus, qui statim ex nuptiis, postquam thorum conjugalem est ingressus, sine decreto, ipso jure curator efficitur, licet minorenne ætate sit, eo quod tum ex patria & curatoria potestate exit, atque ex statuto majorenne efficitur. Mulier vero contractis intra minorennitatem nuptiis curatela pristina liberatur. Si majorenne nubit, hoc ipso velut in minorennum classem rejicitur, & marito, tanquam tutori suo, incipit esse subiecta. LandR. l. 1. art. 45. & lib. 3. art. 45. Carpzov. p. 3. c. 23. def. 30. n. 5. Stryck. v. mod. Pand. ad lib. 27. tit. 1. §. 7. Dativi autem à Magistratu jurisdictionem, etiam inferiorem, habente ex officio, vel ad petitionem feminæ, dato curatorio constituuntur, postquam manu stipulata den Handschlag, vel tactu baculi judicialis, mit Angelobung an den Gerichts-Stab, fidem promiserent. Dantur Curatores omnibus feminis, virginibus & viduabus, etiam extraneis in Saxonia negotiorum gesturis. Personæ tamen illustres jurisdictionem habentes, & Ecclesiasticæ jam jure Germanorum medii ævi fuerunt exceptæ, & nunc excipiuntur. Vid. Schilterus Ex. X. §. 18. Nescio tamen an ad has referam chartam antiquam ab Alamannis Rege Carolomanno scriptam, in qua Corauina, *ancilla Dei* donat, tuteore auctore, sed ejus nomine non indicato, quod hodie tamen requiritur, si donatio rata esse debeat. Indicavit eam Goldastus in notis ad Dosithei fragmenta, &

digna est, quæ hic legatur: *In Dei nomine: ego Cotauvina ancilla Dei, dono atque trado monasterium Sancti Galloni, ubi ejus sacrus requiescit corpus.* Et hoc est, quod ego in Lutinach visura sum habere, & in alio loco, qui dicitur Beffendorf, & in locis, campis, silvis, & omnia, que inibi visura sum habere, & casatos tres his nominibus, Ragingerius cum infantes suos, his nominibus Righero, Wantilone, Waltricho, & uxore sua Fastrata, & filio eorum Wolfredo, & servo ejus Isamberto, & alio servo nomine Woto & Haccone, qui est in concambio cum Wichardo, si redimere se vult, det alium mancipium XI. manuum longum. Hi sunt testes, qui presentes fuerunt & signaverunt. Sig. Cotauvina, qui hanc traditionem fieri rogavit. Sig. Wichardi SIG. TUTO. sig. Wotahar, sig. Amalger, sig. Theobald, sig. Malcrot, sig. Tuilo, sig. Wolfsberit, sig. Aſbari.

Ego itaque Albuinus clericus rogatus ab Cotauvina hanc cartam scripsi sub die VII. Kal. Octob. in anno I. Regnante Carolomanno Rege.

§. VII.

Auctoritas
corum quantum interponenda
Officium tutoris dativi (maritus enim dominus & legitimus administrator est) pariter ac apud Romanos, non consistit in rebus administrandis, sed interponenda saltem auctoritate, sive integranda persona mulieris fragilis & multis captionibus obnoxiae. Consensus ille apud Saxones 1. specialis esse debet, 2. non verus tantum, sed & expensus, 3. tempore celebrati negotii interpositus; anticipatus vel ex intervallo per ratihabitionem additus nil operatur. Carpzov. p. 2. c. 15. def. 30. 31. Quæ sententia licet juri Romano conveniat, vide supra pag. 19. ab ea tamen non imerito recessit Berger. in Elect. proc. execut. §. 18. p. 22. & Titius in Jure privato lib. VI. c. 19. §. 9. quos in responso sequi sunt Jurisconsulti Halenses apud Stryck. in Us. mod. lib.

lib. 26. tit. 8. §. 3. In Hollandia plane & Frisia, ubi consensus mariti solennitatis causa non adhibetur, sufficit matrimonium in universum uxori potestatem rerum suarum fecisse; aut scientem & præsentem non contradixisse; vel negotium ratihabitione sua firmasse arg. l. 5. C. de Nuptiis. l. ult. C. ad Sct. Mated. Sande lib. 2. tit. 4. def. 4. Rodenburg de Jure conjug. tit. 3. cap. v. 15. Harbaj. rer. quot. cap. 13. §. 18. Ceterum negotia consensu curatoris celebrata valida ejus effectus sunt, ex iisque femina efficaciter conveniri potest. Sine curatore celebrata nulla sunt, nec naturaliter obligatur mulier: quia par ejus & pupilli est ratio, cuius obligationem naturalem, si quæ subest, lex positiva reprobat, ut tamen fidejussores teneat obstrictos, & ipsa, si locupletior facta, civiliter teneatur. arg. l. 5. pr. D. de Auct. tit. l. 41. D. de Cond. indeb. Carpzov. d. e. def. 7. Grot. Manud. ad Jurispr. l. t. c. s. n. 38.

§. VIII.

Verum, quo magis indoles hujus tutelæ Germanicæ Novem dileucescat, age, eam cum cura illa, cui jure Romano minorum, prodigi, furiosi, & his similes subiecti sunt, componamus; sic enim diversa longe potestas se ipsam ostendet, nec à tutela Romana, nec à cura ad hodiernum jus maritorum vel curatores sexus recte trahi argumentum, liquebit. Äquiparantur quidem hoc respectu mulieres minoribus, adeo ut in Statuto Hamburg. P. 1. tit. 9. art. I. dicatur: Alle Frauen und Jungfrauen werden nach unserm Stadt-Rechte unmündig gehalten: certum tamen est in multis feminas a minoribus differre. Mevius ad Jus Lubencense l. 1. tit. 7. art. 4. quatuor tantum differentias dedit, at plures, nisi fallor, dedisse oportebat. I. esto, quod minor curatorem non habens valide contrahit, femina sive habeat nec ne, nihil agit, sine curatoris consensu. II. Curator

rator cum minore contrahere non potest, noster mobilia recte à muliere emit, maritus etiam quemadmodum Romæ ab uxore emere & commodato accipere poterat, sic magis jure hodierno: Novi tamen curatoris auxilio sic eam indigere vult Carpz. dict. c. 16. def. 23. 24. III. Bona minorum non nisi urgente æris alieni necessitate & decreto Magistratus alienari possunt. At mulier majorennis solo tutoris, vel mariti consensu valide vendit, donat, alienat. Carpzov. p. 2. c. 23. dec. 31. Mev. ad Jus Lub. d. l. n. 8. IV. Curatores sub finem administrationis ad rationes reddendas, minoresque indemnes præstandos tenentur: Noster autem tutor ad neutrum tenetur; nec quidem officii nomine, si dolus absit, conveniri potest. Unde Neostadius scribit: Rem pupilli salvam esse debere, mariti vero potestate rem mulieris universam absorberi posse, si pactis nuptialibus aliud non sit cautum *de pactis antenupt.* Obs. 9. Hinc V. fluit nec ad inventarium teneri tutorem, quia non administrat. Adeo ut nec in marito repertoriis sit usus, si dos certa sit, & testibus aut instrumentis probari queat; sin secus, catalogum illatorum negare uxori foret iniquum. VI. Bona curatorum minoribus pignore legalidevincta sunt: mulieri tacitum pignus non competit; nec in bonis mariti, pro dotis restituzione. Sande lib. 2. tit. 4. def. 1. Frantzk. p. 1. ref. 17. n. 68 Berlich. p. 1. concl. 67. n. 25. VII. Curatores inviti ad curam suscipiendam coguntur, hoc munus regulariter invitisi non defertur. Muller l. 4. Semestr. c. 23. Carpzov. dicta c. XV. def. 28. Minores præterea læsi VIII. ex suis contractibus consentiente curatore initis, in integrum restituuntur. At mulieres majorennes non restitui cum Mollero, Rauchbar & Berlichio existimat Carpzov. d. c. def. 33. & Mevius ad Jus Lub. d. l. n. 11. In alia omnia tamea abivit A. C. Jacobi, necessitatem habendi

bendi curatorem opponens, qua feminæ minoribus exæquantur, in *diss. inaug. de in integr. restit. mul. cap. 2. habita Witteb. a. 1671.* Adstipulatur huic Cl. Schilterus *Exerc. ad D. XI. §. 9.* & ostendit, non tantum Imperatores Honorium & Theodosium in *l. 3. C. Th. de in int. rest.* quæ à Justiniano in *l. 8. C. de in int. restit. min. castrata est,* mulieribus consultum ivisse, sed & Rogerii Regis & Friderici Imperatoris constitutionibus, eas, si non modice & in judicialibus læse fuerint, in integrum restituendas, id quod moribus ad extrajudicialia sit extensum. Vid. Richter *dec. 27. n. 33.* & *vol. 2. conf. 484. n. 9.* Carpzov. *proc. 13. 1. 194.* & *p. 1. c. 26. D. 23.* Abusum tamen restitutionis in feminis, non ferendum esse, docuit Mev. *p. 1. dec. 134.* & *218.* Lyncker. *dec. 453.* Quicquid est, in locum hujus aliam differentiam substituere licebit, vel si mavis IX. addere, quod minor curatore eodem in omnibus uti debet: mulier vero, quamvis Curatorem generalem habeat, ad hunc illumve actum eligere specialem potest. Lynch. *dec. 1466.*

§. IX.

Missis differentiis, nunc ad negotia progrediamur, in *Curatore ad quibus Curatoris consensus requiritur, vel non.* Apud Ro-
manos supra vidimus *p. 15.* & seqq. mulieri auctoritate *est, si in ju-*
tutoris opus fuisse, si lege vel judicio agat, si se obliget, *dicio mulier*
si nubat, dotem dicat, testamentum condat, manumittat, *agit*
hereditatem adeat, rem mancipi alienet, tutelam libero-
rum suscipiat, & ut generaliter dicam, si quodvis civile
negotium gerat. At quia mores Germanorum his per
omnia non respondent, Curator mulierum *ad litem*, ab
eo, qui *ad negotia* datur, & in hoc rursus Jus Saxonum
commune ab Electorali probe distingui debet. Ad nego-
tia judicialia indistincte Curator olim requisitus est. Spe-
culum Saxon. lib. II. art. 63. *Es mag kein Weib Vorsprech*
G sein,

sein, noch ohne Vormunden klagen. Das voruvirckte Ibn allen Calphurnia, die vor dem Richter misbarde vor Zorn, do ihr Will an vorsprechen nicht mogt forgeben. Ineptit Author Speculi, Ecco de Repkaw, vel quod proprium ejus nomen, Eyke van Ribikouwe, quando originem hujus prohibitionis ex l. i. §. 5. D. de Postul. petit. Verba Vlpiani: *Origo introducta est a Carfania, improbissima femina, que inverecunde postulans, & Magistratum inquietans, causam dedidit edicto.* Sic Florentiae legitur. Alciatus C. Afrania restituit ex Valerio Maximo lib. VIII. cap. 3. §. 2. in antiquis autem libris fere Calphurnia habetur. At non ex Jure Romano Saxones hoc receperere, nam & diu, ante ejus receptionem, Longobardorum aliarumque Gentium Germanicarum hoc fuit institutum, ut mulieres sine curatore personam standi in judicio non haberent, quod vel ex unico K. und K. Land-Recht. IV. art. 58. constat. Adhæc Prætoris edictum tutorem non exigit, nec mulierem pro se postulantem repellit. Magis autem ineptit interpres illorum verborum Latinus, quod verbum *misbarde* explicat: *Quæ sexus verecundiam coram Rege ostendit, id est partem, qua mulier erat, quam Pontifex alicubi simpliciter pudicitiam appellavit.* Pudet nugarum! Vel sola sexus imbecillitas, & litis pericula, tum cura rei familiaris, pudor item & verecundia (unicum & optimum seminarum ornamentum) castos movere potuit Germanos, ut à tribunalibus filias uxoresque arcerent. Quibus alia adhuc ratio accedebat, quod mulier negans dicta aut pacta esse, quæ confessa erat aut egerat coram judice, non poterat convinci, neque ex protocollo, neque per testes, aut Scabinos; quia jus non calluisse, & in circumstantiis facti sine Curatore læsa fuisse præsumebatur. Spec. Sax. l. i. art. 46. quem illustrat Schilte-
rus Exerc. X. §. 20.

§. X.

§. X.

Jure Saxonico hodierno expeditum est, feminam ne *Praxie*
 pro se quidem postulare, nec se defendere sine curatore
 posse. *Carpzov. p. 1. c. 1. def. 30.* & *de jure fem. sing. dec. 3. pos.*
1. Idem Jure Wurtenbergico cautum tradit Schutzius in
comp. Lauierb. pag. 98. De Jure Lubecensi Mevius ad *p. 1.*
tit. 7. art. 1. n. 18. De Gelria, TransIsulania & vicinis pro-
 vinciis Sande *lib. II. tit. 4. def. 3.* De Gallis, Hispanis a-
 liisque Wibelius *de Contract. mulier. cap. I. n. 36. 47.* & *cap. 3.*
n. 253. ubi plures laudat, & in primis ex Busio confir-
 mat, moribus Germaniae pleraque & Belgicæ, postulare
 pro se non posse mulierem, nec ad actum voluntariæ qui-
 dem jurisdictionis, eam legitimam standi in judicio perso-
 nam habere. Adde Coler. *I. decis. 12.. Maurit. p. 1. conf. 2.*
n. 13. Lyncker. *decis. 1308.* ubi præjudicium. Aliquan-
 do autem mulier negotia judicialia sine curatore tractat, ut
 causas criminales & matrimoniales. Voet. ad *iii. de judic.*
n. 17. Mev. *p. IX. dec. 16.* Sine eo quoque condit in judi-
 cito testamentum, fert testimonium, offert se ad jurandum,
 iusjurandum præstat, & appellationem interponit. V. Ja-
 cobi *di Et. diff. cap. 4. §. 15. 16. 17.* Ceterum mulieri curato-
 rem ad litem non habenti, judex ex officio dat: quod si
 maritus uxorem heredem instituit, & curatorem testamen-
 to nominavit, is confirmatus à judice ad litem admittitur.
 Mev. *p. 2. dec. 168.* Quod ad maritum attinet, jure Roma-
An maritum
curator ad
litem
 na uxori sine eo in causis propriis in judicio subsistere po-
 tut; sic ut maritus pro uxore & contra non conveniatur,
tit. C. Ne uxor pro mar. & uxori litem suam marito man-
 dasse proponatur. *I. 14. C. de Procur.* At Jure Longobardi-
 co actus mulieris in judicio suscepimus, tum demum stabilis
 erat, si consenserat maritus, quemadmodum glossa expli-
 cat legem *2. tit. X. lib. 2.* Et praxis quotidiana abunde do-
 cer,

cet, maritos sive actio intentanda, sive per alios mota excepienda sit, sive jus agendi stante matrimonio competere cœperit, sive nuptiis vetustius, uxores à maritis defendi, sicut æquum id putavit Justinianus. Myns. c. 3. Obs. 53. Brunn. ad l. 21. C. de Proc. Goris *Advers. tract.* i. c. 4. n. 5. Christineus *ad cons. Mechlin.* tit. 9. art. 1. Apud Saxones autem prius a Magistratu curator dandus, cuius interventu lis vel causa ab uxore marito demandatur. Carpz. p. I. c. 1. D. 31. 32. Richt. I. dec. 27. n. 21. quid culpat Mey. ad Jus Lub. lib. I. tit. 10. art. 3. n. 18. Alibi etiam, ubi jus civile viget, nisi statutum vel consuetudo specifice probetur, causas suas absque curatore in judicio mulieri peragere licet. De Marchia Stryck. Uf. mod. lib. III. tit. 1. §. 5. & de Ducatu Brunsuicensi *in notis ad Laut.* tit. de pacis. Tantum de judicialibus.

§. XI.

*legotia alia
uratorem
quirunt* Quoad extrajudicialia, jure Saxonico communi, uxores ubique curatoris consensu indigent, viduæ & virgines non item, quod retentum videtur ex jure Saxonum antiquo, lib. I. art. 45. *Mägde oder unbemante Weiber mögen
wol verkaufen ihr eigen, ohne ihres Vormunds Urlaub, er
sey dann Erbe dazu.* In Electoratu Saxonico autem, ut & apud Lubecenses, Hamburgenses, aliosque innuptæ pariter ac nuptæ hactenus minoribus comparantur, quod nullum actum sive contractum, quo patrimonium minuisselet, sine Curatore celebrare possunt. Prohibentur ergo vendere, permittare, donare, bona hereditaria aut alias communia dividere, juribus suis renunciare, mutuam pecuniam accipere, debitum creditori solvere, aut debitorum suum ab obligatione liberare, compromittere, transigere, pactum de non petendo facere, fidejubere, res suas pignori dare, aut hypothecæ subjicere, in simulantem

neam investituram aliquem recipere. Mevius *ad Jus Lub.*
lib. I. tit. 10. art. 3. n. 13. & part. V. dec. 190. Carpzov. *p.*
2. c. 15. d. 2. 3. Lyncker. *dec. 1016. 1041. 1141. 1406.* Adeo ut ex
 hujusmodi contractibus neque maritus neque uxor, stante
 aut soluto matrimonio conveniri queant, sed contractus
 sit ipso jure nullus. Carpz. *d. C. d. 1. 4. 5.* Sande *lib. 2. tit.*
4. def. 3. Leeuwen *cens. for. p. I. lib. 1. c. 7. n. 6.* Licet mu-
 lier renunciaverit formæ à Statuto inductæ, vel juraverit;
 nec enim juri publico totius sexus sequioris favorem con-
 cernenti, renunciatione privata aut jurejurando derogari
 potest, *arg. l. 5. C. de LL.* Canones tamen religionem juris-
 jurandi tueruntur Gail. *2. O. 39.* sed quia hujus vis personam
 jurantis tantum afficit, ejus heredibus nullitatis querelam
 concedit Carpz. *p. I. C. 15. def. 1.* quod præjudicio eodem fir-
 mat Philippi *ad decis. 59. Obs. 1.*

§. XII.

Est tamen ubi uxor sine marito, mulier soluta sine ex- *Alia non*
 presso Curatoris consensu contrahit, se obligat & de ex- *item*
 trajudicialibus negotiis valide disponit. Nam si i. ab alio
 stipulata sit, aliove modo obligationem unilateralem ac-
 quisiverit, exemplo pupilli sibi emolumentum parabit. *pr.*
I. de auct. tut. l. 14. C. de Procur. Myns. *c. 2. Obs. 34.* (2. Ad
 actus ultimæ voluntatis curatore non est opus, quia nul-
 lus læsionis est metus, & dispositio fit in casum mortis,
 post quam re nulla eget. Berl. *p. 2. concl. 17. n. 8.* Idei-
 3. obtinet in donatione mortis causa, siquidem hæc libe-
 ralitas ob revocandi potestatem gravius præjudicium non
 parit, quam testamentum, legato comparatur, & morte
 demum confirmatur. *l. 15. l. 32. l. 37. D. de M. C. donat.*
 Muller. *ad C. Sax.* *p. 2. c. 15. n. 74.* Dissentit Schilter. *Ex.*
43. O. 31. Sande *lib. 2. tit. 4. def. 4.* *ibique allegati.* Præ-
 terea vitium habet regula 4. in muliere mercatrice, siue

principaliter contraxerit, sive fideiusserit intuitu mercaturæ, sive delegari se ob mercaturam passa sit, sive mutuum ad mercaturam acceperit, sive merces in quibus negotiatur pignori obligaverit; sive minorenns sive maiorenns sit. Ita iure patrio Bremensi, secundum supra laudatum Glossatorem Dn. Krefstingium ad tit. 3. de Contract. & Paul. Coch in synopsi Stat. Reip. Brem. tit. 3. n. 1. Lubecensi lib. I. tit. 10. art. 1. ibique Mevius n. 57. seqq. Hamburgensi p. 2. tit. 8. art. 1. Saxonico, Novell. Elect. Auguste I. 2. consl. 15. Prussico I. 1. tit. 24. art. 13. Bavarico apud Schilter. Ex. 28. §. 6. tit. 1. Frisico, lib. I. Ord. tit. 2. §. 2. Belgico, Regner, ad tit. de SCt. Vellej. Norico, Rittershus. ad Novell. p. 1. Feminæ 5. in rebus ad oœconomiam pertinentibus libere negotiantur, valideque sine curatoris aut mariti consensu obligantur. Wibel, de Contract. mul. c. 4. n. 292. Grotius Manud. I. 1. c. 5. n. 38. Personæ item illustres 6. quæ territoria gubernant, & Consiliariis sunt instructæ, curatore non indigent, Carpz. p. 1. c. 15. def. 9. Suendend. ad Fibig. proc. p. 196. Lyncker. dec. 797. Excipiuntur 7. mulieres sine curatore dolum committentes vel delinquentes, quæ ad pœnam pecuniariam solvendam tenentur. I. 2. §. 3. ad SCt. Vell. Herbari. rer. quot. c. 13. §. 15. Carpzov. dict. c. 15. def. 17. Rata 8. firmaque mulieris est promissio ad pias causas, vel in id interposita, ut à captivitate vel carcere maritus liberetur, arg. I. 21. in f. C. de SS. Eccl. Lyncker. dec 783. Mev. ad Jus Lub. lib. 1. tit. 10. art. 3. n. 45. Si curator 9. id quod mulier utiliter & ex re sua gessit, nolit raum habere, æquum est iudicem auctorem fieri, nec curatoris aut mariti malignitas ferenda, sine causa recusantis. Sande lib. 2. tit. 4. def. 4. Porro mulier sine curatore 10. recte matrimonium init, Carpz. Jurispr. Eccl. lib. 2. tit. 3. def. 46. 47. Moller. lib. 3. Semestr.

35. n. 2.

35. n. 2. adeoque etiam 11. pacta dotalia, tanquam accessoria, conficit Carpz. *d. c. def. 10. n. & p. 3. conf. 20. def. 2.* Mev. ad Jus Lub. *lib. 2. tit. 2. art. 12. n. 385.* (12. Jus patronatus exercet 13. ex pacto retractus vel præcepto testatoris res vendit. Tiraquell. in *LL. connub. gloss. 8. n. 104.* Valet etiam 14. contractus præsentibus cognatis initus Carpz. *d. 18. Tus. Pract. concl. tom. 7. lit. S. concl. 599. n. 27.* nec non 15. inter matrem & liberos celebratus, Lyncker. *dec. 1070.* 16. Virgo vel vidua majorennis alienare potest mobilia infra 500. aureos Carpz. *d. c. def. 15.* maritata vero consensum mariti adhibere tenetur. Kœppen *I. 1. O. 100. n. 21.* (17. Jure Saxonico communi virgines vel viduae sine curatore libere contrahere possunt. Coler. *def. 67. n. 41.* Richter. *dec. 27. n. 22.* ubi præjudicium, ut & apud Lyncker. *dec. 1414.* Denique 18. quamdiu Statuto vel consuetudine juri communi Romano derogatum fuisse non appareat, extra Saxoniam contractum mulieris ex defectu curatoris impugnari haud posse, tradit Mev. *p. IIII. dec. 335.*

§. XIII.

Supereft modos videamus, quibus curatorum nostrorum potestas finitur. Dativi cessant (1.) morte mulieris vel curatoris (2.) delicto graviore, quo illa vel hic civi- tate ejicitur, aut infamiam incurrit (3.) perfidia (4.) mu- tuo consensu (5.) novo adscito curatore, (6.) legitima excusatione (7.) finito negotio, ad quod quis specialiter datus (8.) Nuptiæ proprie non solvunt curam, sed eius solvendæ occasionem præbent. Vide Jacob. *d. differt. c. 7.* Cura maritalis cessat (1. morte alterutrius (2. matrimo- nio per divorcium dissoluto, vel (3. propter incestum, impotentiam, similemve causam nullo declarato (4. si ma- rito publice bonis interdicatur (5. durante separatio- nethori

thori & mensæ, Rodenburch de *Jure conj.* tit. 3. c. 1. n. 14.
 (6. furore superveniente, nuptias aut maritalem potestatem non quidem perimi constat, l. 22. §. 7. D. Sol. matr. nec tamen uxori invita curatori mariti subjicietur, arg. l. 25. C. de *Nupt.* sed vel alio curatore interim adscito, sua negotia seorsim curabit; vel petet, ut sola, aut cum aliis proximis sanguine junctis, bonorum mariti curatrix creetur publica auctoritate, arg. l. 4. C. de *Cur. fur.* & alii Christineus ad Mechlin tit. 9. art. 4. n. 24. Tiraqu. de *LL. connub.* gloss. 8. n. 32. seqq. Quid si (7. pactum de minuenda potestate maritali initum? Ad bona quod attinet, valere dicendum videtur, veluti *ne vir sit curator uxoris*, quod iure civili esse non potest. Si vero id agitur, *ut auctoritas maritalis cesseret*, qualia in Hollandia pacta dotalia concipi, testatur Huberus ad tit. de *Pact.* dot. n. 4. imperandi ac parendi ordinem everti dicendum est: nisi forsitan marito cesserit matrimonium in servitutem poenæ, quæ capitis diminutionem inferre solet. Ego vere monitos à

Catone putem viros, ne frænos dent impotenti natu-
 ræ, & indomito animali, exemplo enim,
 simul ac pares esse coeperint, su-
 periores erunt.

T A N T U M!

CO-



bisegnati. Genuinum fuisse Domi-
ni. etiam ceteris cunctis
dum. Antiquissimum
metuere.

CORROLARIA.

I.

IN Germania vniiforme & con-
sonum ius introducere, res mo-
raliter impossibilis esse videtur.

VI.

II.

Magna pars statutorum & iu-
rium particularium ex consuetudi-
nibus antiquioribus orta est.

V.

):(

III.

III.

Actionibus priuatorum leges
praescribere, res est, quae ex
praesenti Germaniae statu Domini-
nis territorialibus magis conuenit,
quam vniuersalibus imperii con-
uentibus.

IV.

Leges statuta dici possunt: si
tamen in sensu consuetudinario
vocem statutorum accipias, ea vox
non bene adhibetur in describen-
dis legibus particularibus statu-
m.

III.

V.

V.

Magistratui inferiori statuendi
facultatem in multis negotiis opti-
mo consilio relinquit Princeps.

VI.

Diuersitas territoriorum, quae
in Germania vni domino subiici-
untur, vt plurimum impedit, quo
minus Dominus territorialis etiam
in sibi subiectis terris vnam iuris
imprimis in iudiciis procedendi for-
mam praescribere possit.

VII.

VII.

Clericis regulariter non succeditur in ciuitatibus municipalibus secundum ius statutarium.

VIII.

In statutis voce der rechten achten Kinder etiam veniunt legitimati.



III

153651

ULB Halle
005 304 504

3



R

VD17





22

B.I.G.

D. B. F.

DISSE^TATI^O JURIDICA,
DE
PERPETUA
FEMINARUM
TUTELA,

Von
Der Immerwährenden
Sor mundschaff,
unter welcher die Weiber stehen;

QVAM
PRAE^SIDE
EVERARDO OTTONE,
JURIUM PROFESSORE ORDINARIO.
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
RITE SUBMITTET
CHRISTIANUS HARMES,
BREMENSIS,
A. D. XII. JUL. MDCCXIX.
IN AUDITORIO MAJORE.
DUISBURGI AD RHENUM.
HALAE MAGDEBURG.
LITTERIS HENDELIANIS.
REGUSA MDCCXXII.

(8)